



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad  
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,  
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon  
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter Supplementum Formularum Fori extrajudicialis, accesserunt  
quamplures Formulæ Fori contentiosi, necnon nonnullæ litteræ Pastorales  
non minùs utiles, quàm necessariæ gubernium Ecclesiasticum  
assumentibus, ab eodem Auctore annotationibus auctæ, sacræ paginæ  
oraculis, & Sacr. ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1707**

Titulus XIII. De Rebus Sacris, & Religiosis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62423)



# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM

Fori Ecclesiastici.

## TITULUS XIII.

De rebus Sacris, & Religiosis.

Edicta de Imaginibus Sanctorum,  
Sacrarum rerum veneratione,  
& administratione.

### FORMULA I.

#### SUMMARIUM.

- 1 **I** Magines Sanctorum nove, & inu-  
sitate removende sunt ab Ecclesiis.
- 2 Descriptio Sanctorum facta in Marty-  
rologio dat cultum.  
Hodie non describuntur in Martyrolo-  
gio nisi Sancti formiter canonizati.  
ibid.
- 3 Sancti, qui habent cultum immemora-  
bilem, venerantur, quamvis in  
Martyrologio non sint descripti.
- 4 Ad probandum cultum immemorabi-  
lem, admittuntur testes 34. anno-  
rum.
- 5 Testes inducti ad probandam imme-  
morabilem debent deponere cum re-  
quisitis glossæ in cap. 1. de præscr.  
in 6.
- 6 Ad probandum cultum immemorabi-  
lem præter testes, requiritur alia  
Monacelli Form. Pars II.

*Species probationis, & qualis sit  
demonstratur.*

- 7 Super cultu immemorabili, debet præ-  
cedere Sententia Ordinarii.
- 8 Tempus antiquum in Scripturis dicitur  
centum annorum, in testibus  
vero 60.  
Reliquiæ quæ per spatium 60. anno-  
rum fuerunt expositæ, venerande  
sunt, etiamsi de identitate non  
constet. ibi.  
Reliquiæ quando sunt dubiæ, consu-  
lendi sunt Theologi an debeant ex-  
poni. ibi.
- 9 Regularium attestazione non probatur  
identitas, & antiquitas Reliquia-  
rum exponendarum in eorum Ec-  
clesiis.
- 10 Sacre Imagines, sive Cruces, non sunt  
pingende in locis sordidis.
- 11 Rejicitur Van. Espen.
- 12 Imagines Sacre insolite nullo in loco  
quamvis exempto exponi debent si-  
ne approbatione Episcopi, & Im-  
gines Sacre non debent depingi seu  
vestiri cum habitu insolito. ibi.
- 13 Imagines Sacre cur, & qua de causa  
fue-

- fuerint in Ecclesia introductæ enarratur.
- 14 Festi dies de præcepto, non indicuntur à Principe laico, imò hodie nec ab Episcopo.
- 15 Vota, & promissiones servandi aliquod festum de præcepto, emissa ab Universitatibus non obligant populum.
- 16 Festi dies de præcepto qui indicuntur ab Ecclesia inviolabiliter servandi sunt, non obstante quacumque contraria consuetudine.
- 17 Diebus festis non est vacandum spectaculis, & choreis, aut scenis Histrionum, quibus licentia ut hæc agant dari non potest à Governatore.
- 18 Dies festi solemniores in quibus non datur licentia laborandi, nec celebrandi sacrum in privatis Oratoriis, qui sint de jure communi innuitur.
- 19 Qui sint ex Decreto S. Congr. Rit.
- 20 Qui sint ex Decreto Sac. Congreg. Concilii & n. 21.
- 22 Festi dies non solemnnes, non sunt de novo celebrandi cum solemnitate absque approbatione Episcopi.
- 23 Nova miracula approbati debent privatim ab Episcopo cum consilio Theologorum.
- 24 Dona duo singularia concessit Christus sue Ecclesie, nempe potestatem faciendi miracula, & intelligentiam scripturarum.
- 25 Quid sit miraculum declaratur, & n. 26. 27. 28. & 29.
- 30 Vera miracula non nisi ab hominibus Deo gratis fiunt.
- 31 Miracula quæ in Ecclesia perseverant quæ sint enumerantur usque ad num. 37. inclusivè.
- 32 Sacramenta cum devotione, & religiositate tractanda, & administranda sunt.
- 33 Oleo infirmorum deficiente, quid agere debeat Parochus?
- 40 Expositi sunt semper baptizandi sub conditione, nisi habeatur certa scientia de collato baptismo.  
Parochus per se ipsum tenetur baptizare. ibi.  
Est maximum delictum ministrare
- Sacramenta irreverenter. ibi.
- Rector Ecclesie, si est in Dignitate Ecclesiastica constitutus, potest per alium Christianam Doctrinam docere ibi.
- 41 Parochia quando est numerosa, Parochus cogitur ab Episcopo ad assumendum sibi Coadjutores, absque eo quod possit reclamare.  
Episcopus motivo numerositatis populi, non potest Parochiam dismembrare. ibi.
- 42 Consuetudo primitivæ Ecclesie sumendi Eucharistiam qualis fuerit demonstratur.
- 43 Sacrificium missæ quod vaticinavit Propheta, omni religionis cultu celebrandum, & adstandum.
- 44 Missa ex parte Sacerdotis quomodo, & qua attentione sit celebranda.  
Fideles audientes Sacrum qua corporis compositione, & attentione assistere debeant, ut satisficiant præcepto. ibi.  
Attentio est triplex ibi.
- 45 Mulieres sedentes tempore missæ absque necessitate Deum non colunt.  
Deus actibus etiam exterioribus est colendus. ibi.  
Episcopus potest punire Regulares committentes, vel permittentes in eorum Ecclesiis indecentia. ibi.
- 46 Officiales, & Cappellani Confraternitatum, quid agere possint, tam in Ecclesiis Parochialibus, vel propriis, referuntur Decreta S. Congr. Rit.
- 47 Facultas Congr. S. Rituum est restricta ad decidendos ritus.
- 48 Confraternitas, ut dicatur legitime erecta tria requiruntur, & referuntur requisita.
- 49 Confraternitatibus, aggregatis Archiconfraternitatibus urbis, privilegia communicari non possunt sine Episcopi approbatione.  
Confraternitates aggregate subjacent jurisdictioni Ordinarii.
- 50 Privilegium exemptionis superveniens non tollit pacta, & conventiones in fundatione receptas, nisi privilegium de illis faciat expressam mentionem.

- 31 Formula servanda à Regularibus in  
Erectione, & institutione Confraternitatum.
- 32 Formula servanda in aggregationibus.
- 33 Formula aggregationis à Pontificibus  
prescripta, si non seruetur, actus  
corrui.  
Bulla Clem. VIII. servanda est ab omnibus locis Piiis, & Ecclesiis, quæ habent facultatem aggregandi. ibi.
- 34 Jura Parochialia distinguuntur à functionibus Parochialibus, & adducitur distinctio.
- 35 Confraternitates Laicorum sunt collegia personalia, quæ extingui, & recedere possunt ad libitum. ibi.  
Non sunt membra Hierarchie Ecclesiasticæ. ibi.  
Sunt incapaces jurium Spiritualium, & illis se immiscere non possunt. ibi.  
Non possunt Parochiales functiones exercere. ibi.
- 36 Archiconfraternitatibus Urbis ob præsentiam Cardinalium conceditur aliqua prærogativa.
- 37 Benedictiones solemnes Olivarum, Cinerum, & Candelarum pertinent ad Parochum, & fieri non possunt in Oratoriis publicis Confraternitatum & n. 59. 60. 61. & 62.
- 38 Lex nova indeterminatè loquens specificatur ab antiqua.
- 63 Benedictiones Puerperarum spectant ad Parochum.
- 64 Benedictio Fontis Baptismalis pertinet ad Parochum.
- 65 Missa solemnis ser. V. in Cena Domini est functio Parochialis.
- 66 Missarum solemniū celebratio est functio Parochialis, quam exercere non valent Confraternitates.
- 67 Benedictio super populum cum Sacramento Eucharistiæ, est functio Parochialis, & actus jurisdictionis.
- 68 Munus prædicandi in Ecclesia Parochiali pertinet ad Parochum privatè.
- 69 Cappellani Confraternitatum non possunt celebrare missam in Oratoriis ipsarum ante missam Parochialem, nisi aliter Episcopus disponat.
- 70 Officium funeris super cadaveribus in Ecclesiis Confraternitatum, & Conventuum Regularium jurisdictioni Ordinariorum subjectorum fitis intra fines Parochie tumulandis, spectat ad Parochum & n. 71. 72. 73. 74. 75. & 76.
- 77 Stole delatio est signum jurisdictionis, & respondetur contrariis n. 78.  
Rota Romana sequitur, & amplectitur Decreta Sac. Congreg. Concilii. ibi.
- 79 Regulares non possunt benedicere Agros, aut maledicere locustas cum Stola sine Parochiali licentia.
- 80 Capitulum Ecclesie Lateranensis in erigendis, & aggregandis Confraternitatibus, tenetur servare formam, & dispositionem Bullæ Clem. VIII.  
Privilegium Sisti V. d. Capitulo concessum preserat in omnibus jura Parochorum ibi, & n. 81.
- 82 Privilegium Sixti V. favore Ecclesie Lateranensis concessum, non comprehendit fundos de novo acquisitos, & redditur ratio, & n. 83.
- 84 Episcopus in Confraternitates erectas in solo Lateranensi habet plenam jurisdictionem.  
Vicarius Generalis vigore sue ordinariæ facultatis, sive Vicarius Capituli, non possunt concedere licentiam pro erectione seu aggregatione Confraternitatis in solo Lateranensi. ibi, & n. 85.  
Licentia Episcopi in Erectione seu aggregatione Confraternitatis in solo Lateranensi requiritur expressa, & non sufficit tacita. ibi.
- 86 Cappellani Confraternitatum de licentia Episcopi plura facere possunt absque eo quod Parochus possit se opponere.  
Parochus Processiones non facit extraordinarias sine Episcopali licentia. ibi.
- 87 Regulares in Ecclesiis Parochialibus Monasteriis unitis, possunt exercere curam Animarum.  
Regulares quicumque sint, qui emittunt tria vota solemnia, non possunt retinere Beneficia secularia in

- titulum absque Indulto Apostolico .  
ibi.
- Regulares ex Indulto Apostolico pos-  
sunt presentari ad Beneficium Ju-  
rispatronatus agnaticum . ibi.
- 88 Regulares , qui exercent curam Ani-  
marum subjacent jurisdictioni Or-  
dinariorum in his , quae pertinent  
ad curam , & administrationem Sa-  
cramentorum .  
Tenentur ad Synodum accedere cu-  
jusvis ordinis sint . ibi .  
Ordinarius illos visitat plenaria ju-  
risdictione . ibi .  
Regulares non exercentes curam Ani-  
marum , si delinquant in Sacramen-  
tis ministrandis puniuntur ab Epi-  
scopo , jure delegato . ibi .  
Regulares ob notorium delictum pos-  
sunt ab Episcopo denunciari ex-  
communicati . ibi .  
Regulares pro executione Decretorum  
Concil. Trident. & Const. Apostolica-  
rum , possunt censuris ab Episcopo  
compelli . ibi .
- 89 Regulares non possunt sepeliri in eo-  
rum Ecclesiis Hospitantes , si ibi  
sepulturam non elegerint , non ob-  
stantibus privilegiis , aut consuetu-  
dine .
- 90 Defunctus qui elegit Sepulturam in  
Ecclesia , quae jus sepeliendi non  
habet , vel in Ecclesia interdicta ,  
debet sepeliri in Parochia , & re-  
spondetur contrariis .
- 91 Filius impubes debet sepeliri in Pa-  
rochiali , si Pater in vita illius sepul-  
turam alibi non elegit , vel non ad-  
sit consuetudo , quod eligat etiam  
post mortem .
- 92 Limitatur quando Pater eligit se-  
pulchrum majorum , in quo im-  
pubes de jure debet sepeliri , &  
allegatur Decretum Sac. Concil. u.  
93 .  
Jura Parochi in funere ad Ecclesiam  
Regularium deferendo , quae sint ex  
Decreto Congreg. Sac. Concilii de-  
monstratur . ibi .
- 93 Qui per scripturam juramento fir-  
matam elegit sepulturam in Eccl-  
sia Parochiali , potest variare &  
alibi eligere , nec indiget relaxatio-  
ne juramenti .
- 94 Haeres ad faciendas expensas fune-  
rum compellitur officio Judicis ,  
etiam non adita hereditate .  
In calculum expensarum funeris ve-  
niunt expensae factae in ultima in-  
firmitate . ibi .  
Nec non vestes huiusmodi etiam famu-  
lorum . ibi .  
Impensa funerum praefertur omnibus  
creditoribus , & Uxoribus Dotibus ;  
etiam expressam hypothecam habenti-  
bus . ibi .  
Quales autem huiusmodi expensae esse  
debeant ut preferantur . ibi .
- 95 Ad manutationem Sepulchrorum com-  
muniū , reparationem , & con-  
structionem Cæmeterii tenetur popu-  
lus , & non Parochus .  
Parochus si est dies tenetur ad expur-  
gationem . ibi .
- 96 Cæmeterium , quod est dormitorium  
mortuorum est locus sacer , & reli-  
giosus , & gaudet immunitate Ec-  
clesiæ , dummodo habeat requisita  
hic expressa .
- 97 In Synodo debet prescribi forma , &  
ritus servandus in funeribus .  
Capitulum Cathedralis , non potest  
taxare emolumenta funerum , neque  
funeri interesse non vocatus . ibi .
- 98 Synodus publicans absque consilio Ca-  
pituli Cathedralis non habet vim  
Constitutionis seu Statuti , sed di-  
citur proviso temporanea Epi-  
scopi : & idè indiget sanatio-  
ne .
- 99 Canonici , & alii de Capitulo , remen-  
tes accedere ad Synodum , possunt  
ab Episcopo per censuras compelli ,  
Clerici , & alii Sacerdotes non Be-  
neficiati pariter compelluntur cen-  
suris , si in Synodo agendum sit de  
reformatione morum .  
At hi non admittuntur ad suffragan-  
dum pro confirmatione Judicum , &  
Examinatorum . ibi .

Affinchè l'uso legitimo delle Sacre Imagini, e della venerazione de' Santi ricevuto, & ammesso fin da primi tempi della Cattolica Chiesa, & approvato da Concilii Generali, e massime dal Niceno Secondo, non sia corrotto, e guasto dagl'abusi, tal volta introdotti ò tollerati da i Ministri delle Chiese per l'avidità di guadagno; ma si coltivi e propaghi colla purità de' Dogmi, & insegnamenti della medesima Santa Chiesa, Madre e Maestra di verità; inerendo al Decreto del Sagro Concilio di Trento, *de invocatione, & veneratione Sanctorum*: col presente Editto ordiniamo.

- 1 Che nelle Chiese, Cappelle, Oratorii tanto pubblici, quanto privati di questa Città, e Diocesi, ancorche fussero de' Regolari, ò d'altri Esenti, non si possano ritenere esposte alla venerazione de' fedeli, nè con segni di Santità, le Imagini, Figure, ò Reliquie di quei Santi, ò Beati che non sono descritti nel *Martirologio Romano*, nè Beatificati nè approvati per tali dalla detta Santa Chiesa; ò almeno non habbiano il *publico culto immemorabile*: e quando vi fossero ritenute, e venerate, che siano onninamente rimosse sotto le pene prescritte ne i Decreti Apostolici d'Urbano VIII. emanati sotto li 13. Marzo, e 2. d'Ottobre l'anno 1625. e publicati li 5. Luglio 1634.
- 2 Che le Imagini, e Pitture de' Santi, che si doveranno, e vorranno esporre sù gl'Altari, ò in altri luoghi pubblici di dette Chiese, ò Cappelle a noi soggette, non si possano esporre, se prima non faranno da noi vedute, approvate, e benedette: & il simile ordiniamo delle loro Reliquie, le quali quando *da tempo antico*, non habbiano havuto il culto, e venerazione pubblica, non si esponano, se prima non faranno da noi state riconosciute, & approvate: e proibiamo, che non si tocchino colla mano nuda da nessuna persona, nè si adornino con nastri; nè si estraggono dall'Urne, Vasi, e Reliquiarj in cui stanno collocate, ma si custodiscano decentemente in essi ben chiuse, e figillate.
- 3 Che le dette Imagini, e Pitture de' Santi, e delle Croci non si tengano, ò dipingano *in luoghi sordidi, & indecenti*: nè si pongano per Insegna d'Osterie, di Bettole, ò Alberghi d'Animali nè siano dipinte, ò scolpite con forme indecenti, atteggiamenti immodesti, e foggie nuove non usitate dalla Santa Chiesa: poiche venendo, à nostra notizia tali abusi, procureremo co' mezzi opportuni di rimuoverli anche dalle Chiese, & altri luoghi Esenti coll' autorità à noi concessa dal Sac. Concilio di Trento, e Decreti Apostolici.
- 4 Che niuno secolare, ò Regolare, Università, ò Religione *introduca nuove feste* de' Santi, ò Processioni, ò ardisca di autenticare, e *publicare nuovi miracoli* de' medesimi Santi, ò d'altre persone pie morte con fama, e concetto di Santità, se prima non ne haveranno da noi ottenuta licenza, e rispettivamente non faranno stati da noi esaminati, & approvati.
- 5 Che i Santi Sacramenti non si conferiscano di notte, se non in caso di necessità, mà di giorno, & in Chiesa *con divozione, e religiosità*, giusta il prescritto dal Rituale Romano. Il Battesimo come Sacramento di somma importanza, e necessario assolutamente per l'eterna salute, non si differisca à i fanciulli, e fanciulle nati di fresco oltre il terzo giorno; anzi si dia anche prima

Monacelli Form. Pars. II.

A 3

quan-

quando vi sia qualche pericolo di morte, sotto pena à i Padri, e le Madri, che trasgrediranno questo nostr'ordine di.....

- 6 L'Eucaristia nelle Chiese Parochiali, ed altre c'hanno il Privilegio di tenerla, sia custodita con somma gelosia, venerazione, e pulizia nel Tabernacolo sopra l'Altare maggiore, con chiave d'argento, dentro la Pisside d'argento bene indorata, e coperta con padiglioncino di seta di color bianco, posata sopra corporale mondo: avanti il cui Altare arda di continuo giorno, e notte la lampeda in segno di riverenza, e dell'amore con cui devono i fedeli portarsi verso questo ineffabile mistero della Divina Carità. Si rinnovi ogni otto giorni l'estate, & ogni quindici l'inverno. *La mensa a cui s'accostano i fedeli* per riceverla, sia coperta con mantile di lino bianco, e quelli che serviranno di ministro ad essa, ò alle Messe private, che si celebrano al detto Altare, per quanto sarà possibile, e precisamente ne' giorni festivi, siano Chierici colla Cotta, ò almeno fratelli della Compagnia del Santissimo Sacramento vestiti di sacco così convenendo alla Dignità del luogo, in cui si serve, e si venera il Signore dell'Universo, e si amministra il pane degl'Angeli.
- 7 Il Sacramento della penitenza si amministri da Confessori Sacerdoti secolari indispensabilmente i giorni festivi nelle Chiese con Cotta, Stola, e Berretta Clericale nella Sede confessionale, a quei penitenti, che mostrano colla compositione esterna, d'essere nell'interno compunti e disposti a degnamente riceverlo; rigettando gl'altri che pieni di fasto, e senza segno alcuno d'umiltà, e di riconoscerfi rei di lesa Divina Maestà, si presentano al sacro Tribunale senza verecondia christiana non come penitenti, ma come provocatori della Divina pazienza.
- 8 *La Santa Messa* nei giorni festivi di precetto si oda nelle Chiese con divozione in ginocchione con ambedue le ginocchia, poiche chi fa altrimenti, & assiste al tremendo sacrificio con positura di corpo indevoto e sconcia, ò pure sedendo, dà scandolo e mal' esempio a fedeli per essere una grande irriverenza, colla quale si contraviene al precetto della Chiesa, per adempimento del quale deve udirsi con la dovuta riverenza e compositione di corpo religiosa: quando l'infermità del corpo, ò la brevità del tempo non scusi, secondo il consiglio, e parere del confessore.
- 9 I Cappellani, & altri Sacerdoti che servono nelle Chiese, ed Oratorii pubblici de luoghi Pii, e Confraternite de laici, non s'ingeriscano in quelle funzioni, che spettano a i Parochi senza la loro licenza, e permissione, sotto pena.
- 10 Ne i funerali non s'introduchino abusi, ò facciano patti illeciti, ò aggravii alle Chiese Parochiali, ma si osservino gli Statuti Sinodali, e le regole Canoniche. Et il presente affiso che sarà &c.

N. Vescovo N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1. PER AVIDITA' DI GUADAGNO. Ne sacerdotale officium totum convertatur ad terrenum emolumentum, & ne Ministri Ecclesiarum existiment hodie, quæstum esse pietatem,

tatem, nihilque magis current quam concursum habere, & ideo Symphonias novas, Sanctorum festivitates, & Imagines, canere, evulgare, & exponere sollicitè studeant, hinc Episcopus nè periculosi erroris Imagines Sacrae rudibus occasionem præbeant, providere debet, ut quæ traditioni Ecclesiæ repugnant, quæ incerta, quæ insolita sunt ab Ecclesiis etiam Regularium, & Exemptorum arceantur: nilvè falsum adhibeatur, & quod ad pietatem non informat prorsus tollatur.

2. **CHE NON SONO DESCRITTI NEL MARTIROLOGIO ROMANO.** Descriptio Sanctorum facta in Martyrologio Romano præstat cultum, ut opinio communior tenet; ideoque hodie post Decretum generale Sac. Congreg. Rituum emanatum anno 1616. & postea innovatum 31. Augusti 1680. non describuntur amplius in Martyrologio, nisi Sancti qui fuerunt solemniter ab Ecclesia canonizati: dummodò Papa audito dict. Congreg. voto non dispenset: prout dispensari obtinuerunt Postulatores S. Bernardi de Mentone, Beati Petri Armengol, & B. Zitæ Lucen. qui per immemorabilem cultum eis prædictum in aldo Sanctorum describi ab Ecclesia meruerunt.

3. **IL PUBBLICO CULTO IMMÉMORABILE.** Hi etenim excipiuntur expressè in dd. Decretis Urbani VIII. pag. 4. his verbis. — *Declarans quod per supra scripta præjudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Ecclesie consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Vivorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur.*

4. Difficultas tamen in hoc genere probationis solet in Congreg. Rituum excitari. An scilicet ad effectum probandi per testes immemorabilem, seu centenarium cultum, & sic hunc casum exceptum, requiratur tanta ætas, ut deponere possint de visu per quadraginta annos ante Decreta anno 1634. publicata, si alia probationes non suppetant, vel potius ad hunc effectum sufficiat ordinaria ætas 54. annorum: Et sufficere declaratum fuit in Toletana Canonizationis B. Mariæ de Capite vulgò della Cavezza Uxoris S.

Idori Agricolæ sub 3. Augusti 1697. tum quia ætas hujusmodi sufficit ad probandam immemorabilem in quacumque causa quantumvis gravissima, ut latè tradit Pignatell. *consult. 242. fere per tot. tom. 1. & cons. 42. n. 33. & seq. tom. 4. Matt. de canoniz. Sanct. part. 4. c. 23. n. 3. 4. & 5.* tum quia hodie cum reperiri non possint testes tam annosi, si non admitterentur testes ordinariæ ætatis, penitus subvertetur immemorabilis, quæ non solum non fuit sublata, sed imò expressè, & uecialiter præservata in dictis Decretis, sic advertit Matt. *loc. cit.*

5. Testes verò ad hunc effectum inducti, debent deponere cum requisitis *Glof. in c. 1. de præscript. in 6.* scilicet de visu per 40. annos ante motam litem, quod ita servatum fuisse audierint à suis majoribus. Et quod ipsi, nec majores sui quidquam non viderint, vel audierint in contrarium, & deponat de publica voce, & fama per verbum fuit, & est, & quod iidem testes sint conformes, & contestes in dictis requisitis, quæ explicitè recenferi per illos debent, non autem se referre ad articulos, Marefcot. *variar. resol. lib. 2. resol. 100. n. 10. & 11. Tond. qu. benef. tom. 1. par. 1. cap. 104. n. 12. Antonel. de temp. legal. lib. 2. c. 12. n. 1. Rot. coram Greg. dec. 196. ubi Add.*

6. Et ulterius quia Congreg. Rituum plenitudinem probationis cultus immemorabilis non admittit in sola testimonio depositione; qui vult illum concludenter probare, procurare debet alias species probationum, easque conjungere, & conglomerare; unde ad hunc effectum indagandum erit. Primò, an adsit aliquod antiquum Missale, seu Breviarium, aut Kalendarium, in quibus ante editionem Missalis, & Breviarii factam per B. Plum V. fortasse reperiat adnotata Missa, vel officium, vel aliqua peculiaris oratio, commemoratio, aut Antiph. de Beato, de quo quis vult probare cultum. Secundò, an adsit aliquod Synodale Decretum antiquum, sive Visitatio Ecclesiæ, in quibus fiat mentio de Beato, vel de ejus Reliquiis. Tertiò, an reperiat aliqua scriptura, vel liber publicus, in quibus denominetur *Beatus* vel resultet, aliquod inditium publici cultus. Quartò, an circa sepul-

chrum, vel in alio loco publico, adsint inscriptiones, elogia, aut alia Epigraphis, cum denominatione *Beati*, vel alia demonstratione cultus, & venerationis publicæ. Quintò, an *Vita Beati* fuerit descripta, & postea typis edita cum licentia Ordinarii, & in ea denominetur *Beatus*. Sextò, an ad ejus sepulcrum fuerit accensa lampas, vel candelæ saltem in die anniversaria obitus. Septimò, an fuerit tumulatus in Sepulchro solus, cum aliquo signo Sanctitatis, ibique fuerint donario, seu tabellæ *Votivæ* relictæ, & appensæ ab antiquo tempore. Octavò, an reperiantur Imagines antiquæ aut simulacra *Beati* in Ecclesiis, vel aliis locis publicis cum radiis, laureolis, diadematis, & similibus signis denotantibus venerationem, quæque judicio Peritorum, reputentur antiquæ. Nonò, an in aliqua Ecclesia reperiat ab antiquo constructum Altare in honorem *Beati*, & de tali erectione appareat scriptura, sive actus positivus. Decimò, an aliquis Historicus, seu Cronista antiquus mentionem faciat de *Beato*, & de ejus virtutibus.

7. Hæc inquam, vel horum plura simul juncta cum testibus, regulariter probant cultum immemorabilem: super quo prævio processu ser. ser. constructo, sententia Ordinarii præcedere debet, qua declaretur constare de cultu immemorabili, & casu excepto in dictis Decretis Urbani, & illi proindè non fuisse contaventum. De qua Processus constructione, instructio dabitur in fine hujus operis.

8. *DA TEMPO ANTICO*. Tempus antiquum in scripturis dicitur centum annorum, in testibus verò est sexaginta, *Gare. de benef. p. 2. cap. 2. n. 264. & seqq. Rot. cor. Cocin. dec. 1045. n. 2.* & sic in hac subjecta materia, cum testes deponant Reliquias fuisse expositas publicæ venerationi, & cultum habuisse per cursum temporis sexaginta annorum, poterit permitti, ut exponatur ut prius quamvis de identitate aliundè plenè non constet, *Barbos. de offic. Episc. alleg. 97. n. 12.* quem sequitur *Gavant. manual. Episc. ver. reliquie Sanct. n. 11. Gallematt. sup. Conc. in Decr. de invoc. Sanct. vers. pen.* ubi Decretum Congr. refert. Si autem probatio non sit con-

cludens, & dubium emergat, tunc Episcopus, in illarum approbatione, consulere debet Theologos, & aliquos Viros pios, & doctos ut *Concil. Trid. monet*, non ut suffragium ferant, sed ut consilium præstent, *Barb. sup. Concil. in Decr. de invoc. & vener. Sanct. num. 13.*

9. Item advertere debet, quod si agatur de Reliquiis dubiis exponendis in Ecclesiis Regularium; super illarum cultu, identitate, & antiquitate, non est deferendum attestationibus ipsorum Regularium, quamvis Superiorum, ut monet *Crispin. de Visit. par. 2. §. 5. num. 6.* nisi adsint aliæ demonstrationes, quæ identitatem demonstrant, & antiquitatem.

10. *IN LUOCHIS SORDIDI, ET INDECENTI*. Signum Crucis, aliæve Sanctorum Imagines humi, aut locis sordidis insculpi, vel pingui non debent juxta. *Imperialem jussionem in l. ultima C. nem. lit. sign. Salvat. Ec. Tusch. lit. C. concl. 1091.* ubi quod contrarium facientes possunt puniri, *Concil. Prov. Mediol. 3. tit. quæ ad Sacramental. & Sacram. pert. §. hoc igitur*, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 376.* ubi quod blasphemia factò committatur, & quod Crucis signum humi ponens, vel in marmore, quod pedibus calcatur sculpens sit pœna gravi. *Judicis arbitrio puniendus*, *Graff. dec. aur. part. 1. lib. 2. cap. 2. num. 6.* ubi ait *ut signum Crucis in silice, aut marmore humi positum sculper non licet l. unica C. nemini Ec. & videtur esse præceptum, quia vult hoc puniri pœna gravissima, ubi glos. forte mortis, ex quo patet quantum reprehensibiles sint, qui sepulturis in humo positis imprimunt Cruces, ut inquit Sylvestr. verb. Imagines Pac. for. elucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 1. num. 150.* ubi allegat *Cassan. in Catalog. glor. mund. par. 1. consider. 38.* & inquit non esse permittendum, *Nicol. in flosc. verb. Imago n. 2.* ubi decisum refert in *Venet. 22. Maii 1596.* non esse tolerandum quod in locis publicis, & sordidis stent depictæ Cruces, & idem dicit *Gavant. in manual. Episc. verb. Imagines Sacre n. 10.*

11. Neque audiendus est modernus *Van. Espen. Author Lovanien. qui in Schol. ad canon. Concilior. par. 3. §. 7. ad can. Trullan. c. 73.* hæc habet - *As hanc legem. (idest Theodosianam) ac consequenter*

ter, & hunc canonem antiquatam esse rectè monet Tuldenus ad tit. Codicis, addens in reverentiam Crucis cedit, quod omni loco sive infernè, sive supernè observetur. Nam quod hic Author in dicto suo opere fidenter asserat, quod Epistolæ, & Decretales quamplures, & præsertim quæ præcesserunt Siricium Pontificem (qui Cathedram Petri ascendit anno 385.) Et quæ insertæ leguntur in Codice Gratiani, non solum sint antiquatæ, sed fictitiæ, supposititiæ, falsæ, & confictæ non obstante correctione dicti Codicis per Pium IV. Pium V. & Gregor. XIII. demandata, & exequuta: item quod Decretales Gregorii IX. sint obscuræ, & detruncatæ, ut in par. 4. §. 6. & 7. & par. 6. §. 5. & par. 8. §. 5. & 6. videtur in hoc sequi criterium aliquorum ex modernis Scriptoribus (& præsertim Papebrochii,) qui ferè nihil certi antiquitati relinquunt; Verum quod dicit legem Theodosianam in reverentiam Crucis latam, esse antiquatam (cum Tuldeno) & in honorem Crucis cedere quocumque loco sculpatur: in hoc non parco; quia propositio sic absolutè concepta non bene sonat, & nemo pius feret, nec abnuet illi: Et est contra communem sensum DD. mox supra allegatorum, & contra Canonem 8. Concilii Trullani, quem si ipse antiquatum esse unà cum l. Theodosiana malè credit, adhuc vigere, & observandum esse probè existimat doctissimus Pithæus in Cod. annot. ad dict. leg. Theodosi.

12. **O FOGGIE NUOVE.** Nemini licet ullo in loco, vel Ecclesia etiam quomodolibet exempta ullam insolitam ponere vel ponendam curare Imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit, ut Concil. Trident. disponit in Decreto de invocat. & vener. Sanct. neque quid pingatur, aut sculpatur, quod veritati Scripturarum, aut traditionum Ecclesiasticarum adversetur: nihilque contra formam præscriptam à Constitutione Urbani VIII. impressa in Bullar. tom. 5. Const. 280. (qua prohibetur Imagines cum alio habitu, quam Catholica Ecclesia illas consuevit vestire, & pingere, depingi) innovetur: tam in Ecclesiis Sæcularibus, quam Exemptorum: sicuti enim ex traditione

Apostolica Sacras imagines introductas fuisse credimus; ita prout à Patribus accepimus, sine fucu servare debemus.

13. Triplici autem de causa introductæ sunt Imagines, scilicet, propter simplicium ruditatem: propter affectus tarditatem: & propter memoriæ labilitatem. Propter simplicium ruditatem inventæ sunt, ut simplices, qui non possunt Scripturas legere, in hujusmodi figuris, & picturis tanquam in Scripturis, apertius possint Sacra mysteria nostræ fidei legere. Propter affectus tarditatem introductæ sunt videlicet, ut homines, qui non excitantur ad devotionem in his, quæ pro nobis Christus gessit, dum illa auribus percipiunt: saltem excitentur, dum eadem in figuris, & picturis tanquam præsentia oculis corporeis cernunt: plus enim excitatur affectus noster per ea quæ videt, quàm per ea, quæ audit: Unde Horatius. *Segnius irritant animos demissa per aures: Quam quæ sunt oculis subdita fidelibus, & quæ ipse sibi tradit spectator.* Propter memoriæ labilitatem; quia ea quæ audiuntur citius traduntur oblivioni, quàm ea quæ videntur: item non est semper præito, qui beneficia nobis præstita ad memoriæ reducat per verba: Idè dispensatione Dei factum est, ut Imagines fierent, & exponerentur in Ecclesiis, ut videntes eas recordemur de beneficiis impensis, & Sanctorum operibus virtuosis, ut docet Medic. in Summ. concord. Canon. decret. de consecr. dist. 3. art. 7. Quibus rationibus addo quartam nempe, ut Salvatoris, & Sanctorum Imagines venerantes, nos mortales mereamur eorum meritis, & precibus ad eorum immortalitatis gloriam pervenire, atque eorum suffragiis, quibus preces fundimus de fide perducere ad visionem, de spe ad rem, de stadio ad bravium, de via ad Patriam.

14. **INTRODUCA NUOVE FESTE.** Nemo, etiam si Princeps sit potest festos dies edicere, & subditis proponere sine Episcopi loci auctoritate, Barbof. de offic. Episcop. alleg. 105. num. 38. & patet ex declaratione Innoc. XII. Constitut. 31. Imò licet Episcopi de jure communi in c. conquestus de fer. valeant in propria  
Dix.

Maecesi vocato Clero, & populo dies festos indicare, Barb. *ubi sup. num. 36.* & sequitur Pignatell. *consult. 184. nu. 1. tomo 4.* hodiè tamen quamvis talis potestas non sit ablata, nihilominus ab indictione sub præcepto novorum festorum debent abstinere, prout illos monuit *Urban. VIII.* in sua Constitut. quam promulgavit anno 1642. super observantia festorum §. 3. impressa in *Bullar. tom. 5. constitut. 291.*

15. Ideoque promissiones, & Vota, quæ frequenter fieri solent ab Universitatibus servandi sub præcepto festum alicujus Sancti, ac jejunandi in vigilia, non obligant populum, qui tamen potest spontè promissa observare, & nullus est sub pœna cogendus, ut illa die jejunet, vel abstineat ab operibus servilibus, Barb. *collect. decis. Apost. 355. num. 8.* Vidique pluries supplices libellos hæc in re Sac. Congreg. Rituum porrectos pro confirmatione hujusmodi promissionum, & Votorum, fuisse rejectos, & præcisè in Urbevetana 6. Octob. 1696. in Messanen. loci Milazzi 25. Januarii, & in Alefan. Terræ Corsani. 6. Septemb. 1698.

16. Festi autem dies de præcepto, qui ab Ecclesia indicuntur inviolabiliter servandi sunt, & magis qui à divina justificatione promanant, ut sunt omnes per annum Dominicæ; hæc inquam dies Domini est, cum ipse dixerit -- *Sex diebus operaberis, & die septimo cessabis arare, & metere. Exod. 34.* Unde qui hunc diem violant, peccant in Patrem, in Filium, & Spiritum Sanctum: in Patrem cujus potentia Mundum creavit: in Filium cujus Sapientia Mundum redemit; in Spiritum Sanctum, qui tali die in Mundum missus est, & per consequens hi ingrati sunt suo Creatori, Redemptori, & Consolatori *c. quod die dist. 75.* Neque ab horum festorum observantia excusat prætextus contrariæ consuetudinis: quia consuetudo mala inveterata quantò diuturnior, tantò periculosior 24. *quest. 1. c. Schisma:* Et ideo Mercatores Barchinonenses, qui sub clipeo assertæ Consuetudinis prætendebant retinere apertas Apothecas diebus festis, & in illis vendere mercatores: & necessitatem (ratione loci)

vendendi, testibus, & legitimam consuetudinem auctoritate DD. reddere conabantur, fuerunt a *Sac. Congr. Concilio* (in qua causam proponere curarunt) sub die 13. Maii 1679. rejecti, & rescriptum non licere, & cum non acquiescerent, reposita eorum instantia 21. Martii 1682. iterum repulsi fuere, & injunctum ut amplius non audirentur, *lib. 33. Dec. fol. 87.*

17. Et non tantùm ab operibus servilibus, sed a spectaculis prophanis, choreis, & Scenis ludifactoriis, præsertim Histriarum, est abstinendum, quæ ab Episcopis locorum (ad quos privatè jus spectat licentiam concedere) permitti non debent. Etenim cum in una Fulginaten. quæsitum fuisset -- *An Gubernator secularis possit licentiam concedere Histriaribus, ut in diebus Domini, & festis de præcepto personati in Plateis, etiam cum Mulieribus fabulas agerent?* Sacra Congr. Concilii sub die 30. Aprilis 1622. *Censuit minime licere Gubernatori hujusmodi licentiam concedere, quinimo Episcopum permittere non debere, ut hæc, & similia fiant Dominicis, & festis diebus, lib. 134. pag. 26.*

18. Dies autem festi solemniores, in quibus licentia laborandi absque præcisâ necessitate concedi non solet, & Missa in Oratoriis privatis ex Indulto Apostolico concessis, celebrari, & audiri non debet, juxta dispositionem Concilii *Agathen. relati in c. si quis 35. de consec. dist. 1.* sunt sequentes: Festum Paschatis Resurrectionis, Natalis D. N. Jesu Christi, Epiphaniæ, Ascensionis Domini, Pentecostes, Nativitatis S. Jo. Baptistæ.

19. Ex Decreto verò *S. Congr. Rit. 17. Nov. 1607.* quod refert Gavant. in *rubr. missal. part. 1. tit. 20. de præpar. Altar. lit. F. vers. sciendum*, sunt. Nativitas D. N. Epiphania, Pascha, Pentecostes, Annunciatio, & Assumptio B. M. Virg. Festum omnium Sanctorum, Festum SS. Petri, & Pauli.

20. Ex Decreto item *S. Congr. Concilii emanato in Dertbanen. 17. Febr. 1683. lib. 33. fol. 100.* sunt, Nativitas D. N. Pascha, Pentecostes, Epiphania, Assumptio

ptio B. M. V. Festum SS. Petri, & Pauli, Omnium Sanctorum, & Ecclesiæ Titularis.

21. Quæ Decreta sunt tanquam declarativa d. Canonis Concilii Agathensis; nam ibi post enumerationem festivitatum solemnium exceptarum, adduntur hæc verba -- *Et si qui maximi dies in Festivitatibus habentur.*

22. Est quoque advertendum, quod prohibitio Edicti de non introducendis novis festivitatibus, non solum comprehendit festivitates de præcepto, in quibus sit abstinendum ab operibus servilibus, sed etiam illas, quæ recurrentibus natalitiis Sanctorum non solemnibus vel nunquam, vel sine apparatu, & solemnitate celebratæ fuerunt, & præter solitum pompaticè celebrari volunt, nè, ut plurimum accidit, triumphet vanitas, misceatur pravitas, & depellatur pietas.

23. **E PUBLICARE NUOVI MIRACOLI.** Nova miracula tam Sancti canonizzati, quam non canonizzati, approbanda sunt ab Episcopo juxta præcitatam Concilii Decretum: quæ facultas est in eo privativè quoad omnes alios inferiores Prælatos, etiam habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, ut respondit Sac. Congr. Rjt. apud Barb. collect. dec. Apost. 472. verb. *miracula*, ubi testatur penes se retinuisse Decretum authenticum, & sequitur Pac. Jord. elucubr. tom. 2. lib. 7. tit. 1. num. 159. & 160. Sac. Cong. Concilii in Aprutina 21. Decembr. 1596. in qua declaravit, approbationem miraculorum patratorum in loco exempto, spectare ad Episcopum, intra cujus fines Diæcesis existit. Verum cum sit res gravis, non nisi adhibito consilio Virorum gravium, & Theologorum, ad approbationem procedere non debet.

24. Dona enim plura, at duo singularia concessit Christus Ecclesiæ suæ Sponsæ, nimirum miraculorum faciendi potestatem, & intelligentiam Scripturarum. Primum cum dixit: -- *Signa autem eos, qui crediderint hæc sequentur, in nomine meo Dæmonia eicient.* Marc. 16. Secundum quando apparuit Discipulis Cleophæ, & Simeoni, narrantibus ejus mortem, & aperuit illis sensum (inquit

Evangelista) ut intelligerent Scripturas, Luc. 24.

25. Miraculum, mirabile, signum, prodigium, & virtus inter se differunt. Miraculum latè, & improprie sumptum accipitur pro facto, quod naturæ vires excedit Contelor. de canoniz. Sancti. cap. 16. n. 1. & 2. Miraculum igitur aliud est naturale, quia non excedit vires naturæ, licet eveniat per causas nobis ignotas. Aliud supernaturale, quod naturam omnem tam humanam, quam Angelicam excedit, & non nisi Deum habere potest Authorem. Aliud denique partim naturale, partim supernaturale, quatenus licet viribus naturæ humanæ, vel Angelicæ fieri possit quo ad substantiam: quo ad modum tamen, virtute tantummodo Divina fieri potest.

26. Ad primam speciem pertinent quæcumque extra communem ordinem naturaliter eveniunt: ejusmodi sunt faxis, vel sanguine pluere; plures Soles in Cælo apparere, hominem bicipitem, vel cum capite ferino nasci, & alia hujusmodi, potius mira Naturæ, & Monstra, quam miracula dici possunt.

27. Ad secundam speciem spectant, mortuos suscitare, cæcos illuminare, aliquid novum creare, & alia similia, quæ constat à Deo tantummodo, vel per virtutem ejus effici posse.

28. Tertiæ speciei sunt febres, aliosque morbos instantaneè, vel brevissimo tempore curare: efficere ut subito pecuniæ, vel cibi alicui appareant: ut fons repente scateat: vel unum corpus in aliud subito convertatur, & alia hujus generis. Hæc, inquam, tam Deum, quam Dæmonem, vel etiam hominem habere possunt Authorem: cum hoc tamen discrimine, quod quando fiunt ope Divina, verum ac realem fortiuntur effectum, nec quo ad modum ullam habent virtutem, aut vim causæ naturalis, & ad finem tantummodo honestum, utilem, aut necessarium diriguntur. Cum verò mali Dæmonis opera efficiantur, vel sunt tantummodo phantastica, & apparentia, neque ullum habent verum, & realem effectum, vel fiunt per mediâ merè naturalia, applicando nimirum activa passivis, vel transferendo invisibiliter aliquid de loco ad

ad locum, vel alienas species ingerendo, ita ut appareat alicui mortuus, qui verè est vivus, vel Asinus, qui est homo, vel amplissimum Palatium, quod est vile tugurium aut Nemus.

29. Hac ratione Pharaonis Magi in certamine habito cum *Moyse Ezod. 7.* Virgas in Colubres, aquam in Sanguinem, pulverem in ranas convertebant, vel certè convertere videbantur: At ista Dæmonum mixta evanuerunt, quia Virgæ Mogorum devoratae fuerunt à Virga Moysis: idem de divinationibus, ac præfagiis rerum futurarum, vel occultarum, vel absentium sentiendum est: hæc enim, vel casu, vel per solas conjecturas fieri censendum est. Hæc ajo à Dæmone per media naturalia proportionata, sibi que cognita, licèt nobis ignota producuntur, & licèt quandoque verè facta sint; non habent tamen rationem veri miraculi, sed potius sunt, & dicuntur figmenta, & præstigia ad homines facilius decipiendos, ut latè demonstrat *Martin. de Rio disquis. magic. lib. 2. quest. 7. & 8. & lib. 4. quest. 2. per tot. Contelor. de canoniz. Sanct. cap. 17. num. 1.*

30. Siquidem vera miracula cum semper sint à Deo, non nisi ab hominibus Deo gratis, vel saltem non nisi per apertam, & seriam Dei invocationem, & in nomine, & virtute ejus, iisque mediis, quæ ipsemet præscripsit, vel probavit, fieri possunt: mira autem Magorum, & Sagarum semper admixta sunt absonis, abditis, vanis, aut superstitionis præcibus vel signis. Et sic in dignoscendis veris à falsis miraculis, attendenda est causa efficiens, modus, media, finis, & res ipsa, ne Episcopus, ejusque Consultores decipiantur.

Sunt, & alia miracula, quæ in Ecclesia Catholica firmata supra firmam petram, continuò perseverant, & præter alia plura celebriora enumerantur.

31. Primò, Domus Lauretana in qua Beata Virgo nata est, & enutrita, æternum Verbum concepit, quæ a fundamentis avulsa Angelico ministerio à Nazareth in illyricum primò anno Christi 1291. die 6. Maii deportata, & triennio post die 10. Decembr. in Picenum translata, omnium

Christianorum concursu, & Votis tanquam divinæ charitatis, prodigium veneratur, & miraculorum perennitate exaltatur.

32. Secundum, Crux ille celebris in Urbe Malipuritana in India Orientali, de qua *Marrac. in prodrom. ad confut. Alcoran. par. 2. post fin. in Appendic.* supra quam cum oraret vulneratus fuit ad mortem à quodam Bracumane S. Thomas Apostolus die 18. Decembr. Hæc quotannis eadem die recurrente dum ante eam Sacrum solemniter celebratur ad initium Evangelii, atro quodam colore, splendore permixto offuscatur, qui post offertorium clarior evadit, donec Crux tota candida, ac nitens appareat. Dum autem sit consecratio, resumit Crux colorem suum naturalem, & sanguineo sudore tota perfunditur, quo fideles linteola sua infundunt, ac per ea Deus miranda operatur. Si quando verò contingat, ut Crux eo tempore non immutetur, flagellum ali-quod grave Christiano populo protendi, experimento compertum est, prout Auctor citatus refert.

33. Tertium. Liqueor (quem Mannam vocant) qui manat assidue ex ossibus Corporis S. Nicolai Episcopi Myrensis, Barium translati (ad quem Peregrinus accessi de anno 1687. videruntque oculi mei, quæ operatur Deus in Servis suis,) qui in vitreis ampullis servatus incorruptus perseverat, & quotidiana per illum patrantur miracula.

34. Quartum. Sanguis S. Januarii Martyris Episcopi Beneventani, cujus Corpus Neapolim delatum, ibique in Ecclesia Cathedrali honorificè tumulatum, adhuc post tot sæcula à die martyrii Beatissimi Martyris Sanguis in ampulla vitrea servatus in conspectu capitis illius positus, velut recens liquefcere, & ebullire ter, vel quater in anno conspicitur.

35. Quintum. Tres globuli carni ex visceribus Beatæ Claræ de Monte Falco Ord. Eremit. S. Augustini Spoletanæ Diocesis avulsi (quos anno 1701. vidi, & veneratus sum) qui ut à fide dignis auctori tantum ponderant omnes simul, quam unus tantum, & tam duo simul, quam

quam tres, myfterium ineffabile Trinitatis mirabiliter exprimentes.

36. Sextus, Sanguis five Cruor Sanguineus, qui ex brachijs à corpore factis S. Nicolai Tolentini in Piceno post quatuor sæcula, turgescitibus venis emanat, quoties aliqua calamitas Christianorum Provinciis imminet, ut experimento compertum est.

37. Septimum. Cereus delatus à Virgine Deipara Lamberto Episcopo Attrebatensi vulgò *Arvas* in Belgio anno 1105. cuius Cerei guttis quedam infirmitas Epidemica è Cælo ad puniendum nonnullorum pravorum hominum audaciam emissa, nutu Virginis sanabatur. Hic Cereus post sex sæculorum cursum pluries accensus, & ex guttis copiosè delapsis alijs Cereis, & candelis efformatis, adhuc non est diminutus, sed integer perseverat, prout refert Menoch. *in opere cui titulus Stuore overo Trattenimenti Eruanti Centur. 4. cap. 91.*

38. **CON DEVOTIONE, E RELIGIOSITA.** Una ex curis præcipuis Episcoporum est, ut Sacramenta à Parochis, alijsque quibus illorum administratio incumbit piè, & religiosè conferantur, quia Sancta sanctè tractanda sunt, & ideò non debet permitti quod Sacramentum poenitentiae conferatur in Cælis extra casum infirmitatis, & in Ecclesia extra sedem confessionalem, præsertim mulieribus, & pueris non interposita Crate: minusque, quod diebus festis, conferatur sine superpelliceo, & Stola: nec quod Sacramentum Extremæ Unctionis deferatur in abscondito sine Cotta, & Stola, & sine Clerico, vel in ejus defectu uno saltem Socio-Sodalitatis, quæ in Parochia existit sacco decenti vestito, qua ut mandat Rituale, hoc Sacramentum publicè deferri debet.

39. Doeatque, quod si fortè ob infirmorum copiam, Oleum Sanctum deficeret, potest Parochus tali casu oleo benedicto super addere sæpius oleum non benedictum, dummodo singulis, vicibus, minor quantitas addatur non benedicti: nam ita faciendo licitum, & validum erit Sacramentum, quamvis consideratis additionibus infimul junctis, non bene-

dictum esset in Majori quantitate, prout declaravit Sac. Congr. S. Officii 23. Septembr. 1682. *in una Hispalen.*

40. Item quod Expositi sunt semper baptizandi sub conditione -- *Si non es baptizatus, Ego te Baptizo &c.* quoties non habetur certa scientia de collato baptismo, putà per fidem exaratam alicujus Sacerdotis cogniti; aliter enim res semper manet dubia: nam ignoratur quis baptizaverit, & an ille, aut illa noverint, & observaverint substantialia hujus Sacramenti. Sciatque Parochus quod per se ipsum ubi legitime non fuerit impeditus, tenetur baptizare, & non per substitutum, non obstante contraria Consuetudine, ut respondit S. Congr. Concilii 8. Feb. 1601. *lib. Dec. 55. pag. 556.* & quod maximum delictum est ministrare Sacramenta irreverenter, Risc. Dec. 96. *num. 1. par. 1.* ubi quod Parochus fuit suspensus per annum à Cura. Si autem Cura Animarum incumberet personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, tunc munus Doctrinam Christianam docendi, posset exercere per alium, S. Congr. Concilii in *Vintimilien. 2. Sept. 1606. lib. 82. post. fol. 226.*

41. Si autem Parochia esset populosa, & unus Rector, & Parochus non posset sufficere Sacramentis diligenter ministrandis, Episcopus illum cogat sibi alium vel alios adungere Sacerdotes, quot ad hoc munus peragendum judicaverit necessarios; *juxta Concilii Trid. dispositionem cap. 4. sess. 21. de refor.* ab hac enim provisione non datur appellatio, neque aliqua inhibitiõ attendenda est, sed Decretum de Coadjutore adiungendo exequendum venit, *ut Sac. Congr. Concilii rescripsit Episcopo Abulen. 5. Januarii 1589. libr. 7. Epistolar. pagina 2.* Secus verò si Episcopus ob numerositatem Parochianorum vellet ad dismembrationem Parochiæ procedere, quia Parochos jure se opponeret, cum non possit Ordinarius ad illam devenire, motivo numerositatis, & nisi concurrant requisita ejusdem Concilii, ut sæpè sæpius respondit S. Congr. Concilii, & recen-ter in *Toletana 4. Maii 1697. in Gerunden. 29. Januarii 1701. in Neocastren. 15. Decembris 1703.*

42. LA MENSA A CUI S' ACCOSTANO I FEDELI. Dandæ, & accipiendæ communionis diversæ olim fuere Consuetudines in primordiis Ecclesiæ, & certum ac exploratum est omnes fideles, quorum erat cor unum, & Anima una, quotidie perseverasse in communionem fractionis panis, ut Acta Apostolorum testantur, quam Consuetudinem diu perstitisse evidens quoque est ex traditis à Card. Bona in *tractat. rer. liturgic. cap. 17. §. 2.* ubi testimonio Patrum ad initium quinti seculi Romæ, & in Hispania viguisse demonstrat. Quam cum de novo nostro hoc ævo in aliquibus Diocæsisibus reasumptam fuisse Innocentio XI. innotuisset, ad tollendos abusus, qui irreperant ignavia administrantium, audito *Sac. Congr. Concilii Voto*, Decretum edidit generale, in quo datur instructio, quid in hac re sit observandum, ut quisque, qui ad hanc mensam accedit, censeatur dignus quotidiana communione. Quod Decretum cum sit nota dignum, referam infra.

43. LA SANTA MESSA, &c. Hæc est illa oblatio munda, quam Sacrificandam à Solis ortu usque ad occasum in omni loco vaticinatus fuerat *Malachias Propheta 1.* quamque *Isaias 25.* anticipato suavitate ejus odore illectus, convivium Vindemiæ Defecata appellavit: ac propterea summa cura adhibenda est, ut Missæ Sacrificium, omni religionis cultu, & veneratione à Sacerdotibus non tantum celebretur, sed etiam ab astantibus audiatur.

44. Ex parte igitur Sacerdotis est celebranda, altè, voce intelligibili, ut audiatur ab astantibus; breviter non ultra mediam horam; clarè ut omnia verba integre proferantur; devotè ut attendatur ad ea quæ dicuntur, exactè, ut fiant omnia, quæ præscribuntur in Rubricis, ut docet Gavant. in *rubr. part. 3. tit. 11. num. 13.* Ex parte verò audientium, assistendum venit nudato capite, flexis genibus, excepto tempore quo legitur Evangelium, tunc enim standum est, ut jubet canon Apostolic. de *consecr. dist. 1.* cum devotione, & attentione, ut monet Pac. Jordan. *elucub. tom. 1 lib. 4. tit. 1. n. 434. & seqq.* cum aliis *ibid. allegat. Synod. Farsen. in tit. de Sa-*

*crif. Missæ §. 16.* & est communis opinio, & sententia. Qui autem confabulando, ambulando, sedendo, stando cum indecentia, & scandalo seu aliquid quidpiam Dei majestate indignum operaret, missæ Sacrificio, debitum assistentiam non præstaret, nec præcepto de audienda missa diebus festis satisfaceret: cum enim Ecclesia præcipiat auditionem missæ, ut est actus humanus, ac Religiosus, & per modum orationis: certum est, quod actus mox recensiti, sunt prorsus cum Religione, oratione, & attentione, (si per tempus notabile fiant) incompatibiles, & contra voluntatem, & institutionem Ecclesiæ. Attentio autem triplex est: Prima, qua attenditur ad actiones Sacerdotis: Secunda qua attenditur ad significationem verborum: Tertia qua inde mens ad Deum elevatur, contemplan-do misteria, quæ in missa per actiones, aut Sacerdotis verba exprimuntur. Prima est necessaria, secunda est melior, tertia est optima.

45. Elaborandum propterea est, ut fideles per Parochos, per Confessarios, per Concionatores, per Catechistas instruantur qua corporis compositione, & devotione, & attentione audienda sit missa, & quod Mulieres tempore missæ sedentes absque necessitate, Deo non præstant debitum cultum; tollanturque occasiones irreverentiæ, nè ubi adest præsentia Christus, Angeli circumstant, Imagines Sanctorum coluntur, abominaciones fiant. Deus enim non solum interioribus actibus, sed etiam exterioribus est colendus, quod est proprium Religionis, ut docet D. Thom. 2. 2. *quest. 81. art. 7.* Et non solum ut hæc fiant, & removeantur respectivè ab Ecclesiis sibi subjectis curare debent Ordinari, sed etiam Regularium, quia *Sac. Concilium Tridentinum* tribuit in hoc eis jurisdictionem; Nam in Vercellen. proposito dubio -- *An liceret Episcopo punire Regulares, prohibita, vel indecentia in Ecclesiis suorum ordinum committentes circa missæ Sacrificium?* Die 21. Martii 1643. *Congr. Concilii respondit licere Episcopo punire Regulares committentes prohibita, vel indecentia in Ecclesiis etiam suorum Ordinum circa Missæ Sacrificium lib. 17. Dec. pag. 170.*

46. CHE SPETTANO AI PARO-  
CHI. Quæ sint Parochorum jura hodie  
vigentia dixi tom. I. tit. X. annot. ad form.  
18. num. 4. At quia super illorum intel-  
ligentiam, & exercitium, emânarunt po-  
stèa nova Decreta Sac. Congr. Rituum,  
aliquid hic addendum modò super est.  
Propositis enim in Congregatione sequen-  
tibus Dubiis.

- I. An Confraternitates laicorum le-  
gitimè erectæ in Ecclesiis Paro-  
chialibus, habeant dependen-  
tiam à Parocho in explendis  
functionibus Ecclesiasticis non  
Parochialibus.
- II. An dictæ Confraternitates electæ  
in cappellis, vel Oratoriis, tum  
publicis, tum privatis adnexis  
Parochialibus Ecclesiis, ab eis  
dependentibus, habeant dictam  
dependentiam à Parocho quoad  
dictas functiones?
- III. An Confraternitates erectæ in  
aliis Ecclesiis publicis, habeant  
quo ad easdem functiones ali-  
quam dependentiam à Parocho  
intra cujus Parochiæ limites sitæ  
sunt Ecclesiæ.
- IV. An Confraternitates erectæ in  
Oratoriis tam publicis, quam  
privatis, sejunctis ab Ecclesiis  
Parochialibus quo ad dictas  
functiones Ecclesiasticas, ha-  
beant dictam dependentiam à  
Parocho?
- V. An benedictiones, & distributio-  
nes Candelarum, Cinerum, &  
Palmarum, sint de juribus me-  
re Parochialibus.
- VI. An benedictiones Mulierum post  
partum, Fontis Baptismalis,  
Ignis, Seminis, Ovorum, &  
similium, sint de juribus mere  
Parochialibus.
- VII. An functiones omnes Hebdomadæ  
Sanctæ sint de juribus mere  
Parochialibus?
- VIII. An celebratio Missæ solemnis fe-  
ria quinta in Cæna Domini, sit  
de dictis juribus Parochialibus?
- IX. An prima pulsatio Campanarum

in Sabato Sancto sit de juribus  
Parochialibus?

- X. An celebratio Missarum solem-  
nium per annum, sive pro vivis,  
sive pro defunctis, sit de dictis  
juribus Parochialibus?
- XI. An expositio quadraginta hora-  
rum, & benedictio quæ fit su-  
per populum, sit de dictis ju-  
ribus Parochialibus?
- XII. An expositio, quæ fit cum Reliquiis,  
vel Sacris Imaginibus, & bene-  
dictio, quæ cum eis fit super po-  
pulum, sit de dictis juribus Pa-  
rochialibus?
- XIII. An functiones in præcedentibus  
oçto dubiis, videlicet à dubio  
quinto ad duodecimum expressæ,  
peragi possint in Oratoriis pri-  
vatis, contradicente Parocho?
- XIV. An in dictis Oratoriis privatis  
Confraternitatum per Confrat-  
res statis horis recitari possint  
horæ Canonice cum cantu, vel  
sine, absque alia licentia Pa-  
rochi?
- XV. An in dictis Oratoriis privatis sit  
licita celebratio Missæ private,  
assentiente Ordinario loci, &  
contradicente Parocho.
- XVI. An Cappellani Confraternitatum  
possint populo denunciare festivi-  
tates, & vigiliis occurrentes in  
hebdomada absque licentia Pa-  
rochi?
- XVII. An Parochus invitis Confratri-  
bus docere possit doctrinam chri-  
stianam in prædictis Ecclesiis,  
Oratoriis publicis vel privatis  
à Parocho divisis, & separa-  
tis?
- XVIII. An in sepe dictis Ecclesiis publi-  
cis Confraternitatum possint ha-  
beri publice Conciones etiam per  
totum cursum Quadragesimæ,  
vel Adventus cum licentia Or-  
dinaris, & absque licentia Pa-  
rochi?
- XIX. An in ejusdem Ecclesiis possit cele-  
brari missa sive lecta, sive can-  
tata antè missam Parochialem,  
sive lectam sive cantatam.

XX. An

- XX. An ad Parochum spectet officium funebre super cadaveribus sepeliendis in sepè dictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis Confraternitatum?
- XXI. An intra ambitum earundem Ecclesiarum fieri possint Processiones juxta cujusque Confraternitatis institutum, absque interuentu, vel licentia Parochi?
- XXII. An eadem Processiones fieri possint extra ambitum dictarum Ecclesiarum absque licentia illorum Parochorum, per quorum territorium transeundum est?
- XXIII. An in dictis Processionibus Cappellani Confraternitatum possint deferre Stulam?
- XXIV. An Episcopo accedente ad Ecclesias publicas Confraternitatum, quæ non sint Regularium, neque proprium Rectorem Beneficiatum habeant, porrigendum sit Aspersorium à Parocho in cujus territorio sunt sitæ dictæ Ecclesie?
- XXV. An earundem Ecclesiarum, & Confraternitatum Rectores, & Cappellanos possit Parochus, cessante alio speciali, ac legitimo titulo, & ex solo jure Parochialitatis compellere inuitos ad assistendum functionibus Ecclesie Parochialis?
- XXVI. An in sepè dictis Ecclesiis Confraternitatum, neque Parochialibus, neque Regularibus, retineri possit Sanctiss. Eucharistie Sacramentum sine speciali Indulto Sedis Apostolicæ.
- XXVII. Præsupposita facultate retinendi, an possit intra annum publice exponi, sine licentia Ordinarii?
- XXVIII. An possit Parochus se ingerere in administratione oblationum, vel eleemosynarum in sepè dictis Ecclesiis recollectarum, vel Capsulæ pro illis recipiendis expositæ clauem retinere?
- XXIX. An in Ecclesia Parochiali Confratres, vel eorum Cappellani immisceri se valeant inuito
- Parocho in ejusdem Ecclesie functionibus, siuè Parochialibus, siuè non Parochialibus.
- XXX. An Confraternitates siuè sint crede in Ecclesia Parochiali, siuè extra illam, possint pro libito, & juxta uniuscujusque peculiaris statuta Congregationes suas facere, absque interuentu, vel licentia Parochi?
- XXXI. An possit propria bona administrare, atque de illis disponere absque ulla dependentia à Parocho?
- XXXII. Quando Parochus eisdem Congregationibus inter sit de mandato Ordinarii, & tanquam ejus Delegatus, an possit suffragium decisivum ferre? & quantum Affirmativè.
- XXXIII. An etiam suffragium duplex? Die 10. Decembris 1703. prout infra respondit.
- Ad 1. Affirmativè.
- Ad 2. Affirmativè.
- Ad 3. Negativè.
- Ad 4. Negativè.
- Ad 5. Negativè.
- Ad 6. Negativè; sed benedictiones Mulierum, & Fontis Baptismalis fieri debere à Parochis.
- Ad 7. Negativè prout jacet.
- Ad 8. Negativè prout jacet, sed spectare ad Parochum.
- Ad 9. Negativè prout jacet, sed spectare ad Ecclesiam Dignitatem ad formam Const. Leonis X. la 22. §. 14.
- Ad 10. Negativè prout jacet, sed licere Confratribus dumtaxat in festiuitatibus solemnioribus ejusdem Ecclesie vel Oratorii, ut in Brundusini, sub die 1. Junii 1601.
- Ad 11. Negativè.
- Ad 12. Negativè, & quo ad benedictiones cum Reliquiis, & Imaginibus seruentur Decretis.
- Ad 13. Satis provisum in superioribus.
- Ad 14. Affirmativè, nisi aliter

Ordinarius statuat ex rationabili causa.

Ad 15. Affirmativè.

Ad 16. Affirmativè.

Ad 17. Negativè.

Ad 18. Affirmativè.

Ad 19. Negativè, nisi aliter Episcopus disponat.

Ad 20. Affirmativè, quando tumulandus est subditus Parocho intra cujus fines est Ecclesia vel Oratorium.

Ad 21. Affirmativè.

Ad 22. Negativè, nisi adsit licentia Episcopi.

Ad 23. Negativè extra propriam Ecclesiam.

Ad 24. Negativè.

Ad 25. Negativè.

Ad 26. Negativè.

Ad 27. Negativè.

Ad 28. Negativè.

Ad 29. Negativè.

Ad 30. Affirmativè, dummodo non impediant functiones, & divina officia.

Ad 31. Affirmativè.

Ad 32. Negativè.

Ad 33. Negativè.

47. Hæc Decreta quamvis prudentia, & sapientia plena sint; nihilominus, ne occurrentibus casibus super quibus emanarunt, detur rudibus disceptantibus occasio dubitandi, an Sac. Congreg. Rituum potuerit super juribus Parochialibus Decreta edere, cum ejus facultas in Bulla erectionis Sixti V. videatur restricta nominatim ad solos ritus decidendo, & an per simplex Ofaculum vivæ vocis Papæ censeantur convalidata? adeo ut vim habeant obligandi ab observantiam: & an demùm videantur contraria responsis aliarum Sac. Congregationum? opportunum duxi (quia materia frequens est) illa examinando hic ostendere, in nihilo juribus Parochorum derogasse, & responsis tam Congregat. Concilii, quam Episcoporum consona esse, ut ex subnexis animadversionibus patebit.

48. Et primò animadvertendum, quod hæc Decreta allegari, & produci non

Monacelli Form. Pars II.

possunt ab illis Confraternitatibus, quæ legitimè ad formam Bullæ Clement. VIII. erectæ non sunt; & ideò sapienter in primo dubio (ad quod cætera omnia subsequenter relationem habent) quæsitum, & propositum fuit. An Confraternitates laicorum legitimè erectæ, habeant dependentiam &c. Ut autem Confraternitas legitimè erecta dicatur, tria requiruntur. Primò, ut in loco, in quo erigitur, nulla alia Societas, seu Congregatio ejusdem instituti reperiatur instituta. Sed ab iis quibus à sede Apostolica facultas instituendi attributa fuit, una tantum singulis in locis erigatur, & instituat, ut in §. 2. nisi ageretur de Confraternitatibus jam erectis ante publicationem d. Bullæ quæ juxtà Decretum Congregationis Indulgentiarum emanatum 27. Septembr. 1607. quod referunt Lauret. de Franch. contro. par. 1. num. 231. Lantusch. in theatr. Regul. verb. Confraternitas n. 10. possent confirmari plures, etiamsi essent ejusdem nominis, & instituti. Secundò requiritur, quod instituere facultatem habentes, prius receperint consensum Ordinarii loci, cum litteris ejus testimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & instituendæ, pietas, & Christianæ Charitatis officia, quæ exercere cupit, apud illos commendentur. Tertio, quod privilegia, indulgentias, facultates, aliasque gratias Spirituales, quæ Ordini instituenti, seu Archiconfraternitati aggreganti competunt, non sub generali forma verborum, vel ad instar, sed nominatim, & in specie communicentur: hæc inquam pro valida erectione, vel aggregatione substantialia sunt, & de forma, quæ si non ferventur, actus corrumpit, & nullius est roboris, & momenti, ut disponitur in §. 12. dictæ Bullæ à me relatæ t. 1. in Append. pag. 299.

49. Secundò, quod statuta pro regimine Ordinum, Religionum, & Institutuum erigentium, & instituentium, seu Archiconfraternitatum aggregantium, edita impartiri, & communicari non possint Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, nisi prius ab Episcopo Diocesano examinata, & approbata pro ratione loci non fuerint, quæ nihilominus ejusdem Episcopi Decretis

cereis, ac moderationi, correctioni, & visitationi in omnibus semper subjecta remanent, ut habetur in §. 5. d. Constitutionis, quæ famulatur expressè dispositioni *Concilii Trident. cap. 8. sess. 22. de reform. sicque si erigentes, vel aggregantes aliquid ultra præter sibi concessum, & decernerent citra Episcopi consensum, nulliter, & illicitè agerent, ut in terminis ejusdem Bullæ docet Leo Thesaur. for. Eccl. par. 4. cap. 2. num. 140. & 141.* Et quod per aggregationem, nihil detrahatur jurisdictioni Ordinarii, pluries declaravit Congreg. Concilii, & ad rem nostram in *Potentina aggregationis*, in qua propositis Dubiis: Primò an ad effectum ut Confraternitates laicales aggregatæ uti possint regulis, & statutis, ac constitutionibus, quas observandas recipiunt ab Archiconfraternitatibus aggregantibus, necessaria sit præcedens aggregatio Ordinarii loci? 2. An ad effectum ut Confraternitates aggregatæ uti, & gaudere possint Indulgentiis Archiconfraternitatum aggregantiũ, necessaria sit approbatio Episcopi, cum interventu duorum de Capitulo? 3. An Confraternitatibus aggregatis Archiconfraternitati mortis de Urbe jus competat sepeliendi Cadavera occisorum tam in Civitate, quàm extra, & tam Civium, quàm exterorum, quando Parochi parati sunt sepelire dicta Cadavera? 4. An dictæ Confraternitates aggregatæ subsint Ordinario? itaut eorum Administratores, rationem Ordinario teneantur reddere. Die 29. Maii 1683. Sac. Cong. Conc. respondit ad 1. 2. & 4. *Affirmativè ad 3. Negativè, lib. 33. Decr. fol. 148.*

50. Tertio, quod conventiones, & pacta apposita in limine erectionis Confraternitatis, seu Congregationis, observanda sunt, & exequenda, non obstante, quod ex post, fuerint illi per erigentes, seu aggregantes communicata nominatim, & expressè eorum privilegia, & statuta, quæ juxta præmissa in secunda animadversione, sint auctoritate Ordinarii, immò etiam Apostolica concessa, & approbata: Quia superveniens privilegium non præjudicat pacto, neque tollit conventiones, & statuta, nisi illarum faciat expressam mentionem, ut sunt textus

aperti in cap. de Const. in 6. & in cap. ex multi iplici extra de decim. Passerin. in c. 1. num. 11. de pact. in 6. Pirhing. in jus can. lib. 3. tit. 30. num. 121. & 122. & tenuit in puncto bis causa examinata, & doctis in jure Advocatis scribentibus S. C. Episc. in Csesenaten. 17. Aug. & 5. Octobris 1591. Ideoque in Decretis supra relatis prudenter addita fuit in fine clausula salutari --- *salvis tamen conditionibus, & pactis &c.*

51. Quarto, quod in erectionibus, & institutionibus per Ordinum Regularium Generales concedendis, servanda est sequens formula.

#### N. Ordinis N. Generalis.

*Religio nostra cum inter alia privilegia, quibus à Sede Apostolica decorata est, facultatem habeat secularium Confraternitates sub invocatione N. erigendi, eisque spirituales gratias, privilegia, & Indulgentias communicandi in hujusmodi Confraternitatibus instituendis, si ad Christi fidelium salutem promovendam expedire animadvertit, liberalem se præbere consuevit. Nos igitur qui Generalem totius Ordinis nostri curam gerimus, sperantes fore, ut ex hac spiritualium gratiarum participatione Christiani fideles ad devotionem, & pietatem, magis extententur, auctoritate Nobis à Summis Pontificibus concessa, Confraternitatem N. in Ecclesia N. loci N. Diocesis N. de consensu loci Ordinarii, qui ejusdem Confraternitatis institutum, pietatem, ac Religionem, litteris patentibus Nobis nuper exhibitis commendavit, dummodo tamen alia similis in ipso, vel alio ad tria milliaria propinquo loco hæcenus erecta non fuerit, per præsertes nostras litteras erigimus, & institimus, illisque, & pro tempore existentibus utriusque sexus Confratribus elargimur, & communicamus Indulgentias, privilegia, & speciales gratias sigillatim inferius descriptas, nostræque Confraternitati nominatim expressè concessas per Breve S. D. N. Pauli Papæ V. tenoris sequentis. Paulus &c. (et inferatur tenor) Quibus omnibus Indulgentiis, & spiritualibus gratiis descriptis, Confraternitatem ipsam nunc erectam, ejusque Confratres potiri, & gaudere posse accernimus, juxta fel. rec. Clem. Papæ VIII. Constitui-*

stitutionem sequentem: Clemens &c. & inferatur tenor. ) In quorum testimonium has litteras fieri, & per nostrum Secretarium subscribi, & publicari mandavimus, sigilloque Officii nostri muniti. Datum, &c.

Formulam hanc Confraternitates instituenti, & Indulgentias communicandi à fel. rec. Clemente VIII. præscriptam, & in Congregatione Illustrissimorum Cardinalium reformationi Indulgentiarum Præpositorum nuper recognitam, Religionis Carmelitane Superiori tradidimus, ut illa instituendis confirmandisque Confraternitatibus, ac Indulgentiis, & gratiis, quas à Sanctiss. D. N. Paulo V. obtinuit, communicandis utatur, eamque in proprio statutorum libro describi curet. In quorum testimonium hæc nostra manu subscripsimus, & proprio sigillo muniti iussimus. Dat. Romæ 17. Maii 1606. Cardinalis S. Cecilie.

Et illam refert P. Theodorus Stratius in instructione Indulgentiarum, quam pro Fratibus Carmelitis antiquæ Observantiæ Typis mandavit Romæ anno 1640. cap. 14. num. 4. ubi num. 3. dicit communem esse etiam aliis Ordinibus: quod verum puto: quia eandem afferunt quoque Donat. Ord. Præd. prax. rer. reg. tom. 3. tract. 8. quest. 10. nu. 1. & Lantulich. Ord. Minor. strict. observ. in Theatr. reg. verb. Confraternitas num. 2. In aggregationibus verò, alia quæ hic sequitur.

Dilectis Nobis in Christo Confratribus Societatis N. in Ecclesia N. Autoritate N. canonicè erectæ Salutem in Domino sempiternam.

52. Nos, qui juxta Officii nostri debitum, fidelium salutem, pietatisque ac religionis progressum procurare debemus, libenter nostræ Archiconfraternitati, alias ejusdem instituti Confraternitates adjungimus, & aggregamus, illisque sic aggregatis Indulgentias, facultates, ac alias Spirituales gratias, & indulta, juxta facultatem Nobis à Summis Pontificibus concessam impartimur. Qua de re cum D. N. ejusdem Confraternitatis Procurator aggregationem hujusmodi, & Indulgentiarum communicationem enixe postulaverint, Nos Procurator, Prior, &

Custodes prædicti totam ipsam Archiconfraternitatem representantes fel. rec. Clementis Papæ VIII. Constitutionis super hujusmodi aggregationum, & Cœlestis Ecclesiæ Theauri communicationum moderatione nuper editæ inherens, his nostris litteris solo Dei amore, ac pietatis, Religionisque Christianæ augendæ Zelo ducti, Confraternitatem prædictam Canonice, ut superius erectam, attentis Episcopi, seu Ordinarii loci consensu, ac litteris testimonialibus, quibus ejus institutum, pietas, ac religio commendatur nostræ Archiconfraternitati (dummodo per nos similis gratia prius alteri in d. loco N. concessa, & tempore hujusmodi concessionis aliæ Archiconfraternitati aggregata non fuerit) juxta facultatem Apostolicam nobis concessam, adjungimus, & aggregamus, atque illi ejusque Confratribus, Indulgentias, & Spirituales gratias infra sigillatim descriptas, nostræ Archiconfraternitati litteris Pontificiis nominatim expressè, & præcisè concessas, largimur, & communicamus. Deinde inferitur tenor litterarum Apostolicarum Pauli V. in quibus nominatim Indulgentiæ Congregationi, & Societati aggreganti concessæ sunt postmodum idem Officiales sic loquuntur.) Quibus omnibus Indulgentiis, & gratiis Spiritualibus supra sigillatim descriptis, prædicta Confraternitas ejusque Confratres uti, potiri, & gaudere possint, juxta Constitutionem fel. rec. Clem. Papæ VIII. tenoris sequentis (& inferitur totus tenor Constitutionis, & postea Officiales dicunt.) Volentes, & decernentes præsentibus litteris nostris eandem fidem adhiberi, quæ præinsertis litteris originalibus adhiberetur si essent exhibitæ vel offensæ. In quarum omnium, & singularium fidem, & testimonium has litteras nostras exinde fieri, & per nostræ Archiconfraternitatis Secretarium subscribi, & publicari mandavimus, & sigillorum ipsius Protectoris, & Archiconfraternitatis iussimus, & fecimus appensione muniti. Datum Romæ in loco solito nostræ Congregationis Anno, &c. Indictione ... Die ... Mense ... Pontificatus, &c. Præsentibus, &c.

53. Et hanc per extensum refert Cherubin. In Compend. Bullæ. Scol. ad Constit. 115. Clem. VIII. ubi pariter testatur esse communem Congregationibus aggregantibus,

tibus, quæ si non fervetur actus corrumpit, & non valet aggregatio, ut docet in puncto Leo *Theſaur. for. Eccl. p. 4. c. 2. n. 103. & 104.* & sequitur Romaguer. in *gloſ. ad Synod. Gerund. lib. 5. tit. 13. c. 3. in fin. post relationem Bullæ Clem. VIII. num. 5.* quia Constitutio Clementis VIII. non tantum ab aliquibus, sed ab omnibus, qui facultatem habent aggregandi observanda est, ut mandat expressè Paulus V. in sua Constitutione 68. *Bullar. tom. 3. pag. mibi 260. §. 3. ibi. Propterea nos volentes, ut Constitutio prædicta (idest Clem. VIII.) tam ab eisdem Lateranensis Ecclesiæ Capitulo, & Canonicis, quam ab aliis quibuscumque jus, & facultatem communicandi huiusmodi indulgentias habentibus, ut par est sine discrimine in posterum observetur, Constitutiones, & litteras prædictas dicti Clementis prædecessoris, cum suis clausulis, decretis ad Basilicæ Lateranensis, & aliarum Basilicarum, & Ecclesiarum quarumcumque, Capitula, Canonicos, & quasvis alias personas similes facultates habentes, illisque utentes, ad effectum videlicet, ut ipsa Capitula, & Canonici, ac persone, nullas in posterum indulgentias communicare possint, nisi prædictæ Constitutionis forma servata, & eas solummodò quæ à nobis illis præscribitur, auctoritate Apostolica tenere præsentium extendimus, &c. sub pœnis in eisdem litteris contentis inviolabiliter observari præcipimus & mandamus.*

54. Hinc ad intelligentiam dd. Decretorum, & præsentium aliquorum (quam omnes obviam, & plenam inveniunt) descendendo, iterum præmittendum venit. Primò, quod præter jura merè Parochialia, quæ ut plurimum respiciunt utilitatem, & emolumenta Parochi, & de quibus loquuntur Canonistæ, & præcisè *Innoc. & Abb. in rubr. de Paroch. Pirhing. in jus can. lib. 3. tit. 29. n. 3. & seqq.* ad sunt quoque functiones Parochiales ita dictæ, quia ad Parochum pertinent, vel propter affinitatem, connexionem, & dependentiam, quam habent à juribus merè Parochialibus, vel ratione officii pastoralis, quo vices gerit Episcopi in regimine Curæ Animarum, quales sunt, celebratio officii super Cadaveribus, receptio Mulierum ad purificationem post editum partum, administratio publica Sacramentorum, Cinerum, Palmarum, &

Candelarum Solemnis benedictio, Missæ celebratio feria V. in Cæna Domini, Domorum benedictio, in Sabbato Sancto benedictio fontis Baptismalis delatio, & expositio publica Eucharistiæ, & aliæ similes, quas referunt, & ad ipsum spectare firmant *Ricc. prax. rer. for. Eccl. p. 4. à resol. 305. ad ref. 311. Barb. collect. dec. Apost. c. 391. per tot.*

55. Secundò quod Confraternitates laicorum non sunt Collegia realia naturalia Ecclesiæ in qua sunt erectæ (cum qua nullam habent conjunctionem) sed Collegia merè personalia, quæ ad libitum recedere, & extingui possunt, ut bene observat *Tondut. quæst. benef. tom. 1. cap. 43. n. 5. & trib. seqq.* & institutæ reperiuntur, non ut in Hierarchia Ecclesiastica (cujus non sunt membra,) partem aliquam habeant: verum (ut ipsa Constitutio *Clem. VIII. §. 2. & 3.* loquitur) ad hoc ut pietatis, & Christianæ charitatis officia exerceant, quod etiam notat *Cyria. Controv. 94. num. 4. & 5.* & propterea cum sint incapaces Spirituum jurium, & illis se immiscere non possint, *Rot. cor. Gregor. dec. 310. n. 1.* & quod per se ipsos exercere prohibentur, nec aliis valeant demandare, *cap. Daibentus 1. qu. 7. cap. nuper de donat. inter. vir. & uxore. iudic. Divus Carolus in Concilio V. Provinciali li. titulo quæ Sacramentalia, & Sacramenta pertinent, & in Concilio Provinciali VII. à Paulo V. approbato sub titulo de Societatibus, expressè prohibuit supradictas Parochiales functiones fieri in Oratoriis, sive Ecclesiis Confraternitatum sub pena suspensionis à divinis ipso facto incurrendæ à Sacerdote, qui illi illas faceret. Hunc Ven. Magistrum sequuta est Synodus Farfen. anno 1686. publicata, in titulo de Societatibus laicorum num. 8. 10. & 11. cui præfens subscripsit Sanctiss. & Sapientissimus D. N. Clemens IX. dum erat clar. mem. Card. Caroli Barberini Ordinarium Farfen. in Basilica Principis Apostolorum Vicarius, & examinatus Synodalis item Purpura, & doctrina Eminent. Cardinalis DenKoff in sua Synodo anno 1695. impressa, & publicata, sub eod. titulo.*

56. Tertiò quod ad decidendum controversias, quas sæpè excitant Confraternitates adversus Parochos, non est desumenda regula ab Archiconfraternit

nitatibus Urbis : quia cum ibi ferè in omnibus præfidentiam habeant Cardinales Papæ Assessores, alique Prælati in præexcellenti Dignitate constituti. Propter horum præminentiam, ac etiam propter numerositatem, præstantiam, & nobilitatem Cleri potuit concedi aliqua prærogativa seu Privilegium eo modo quo Concilium Trident. sess. 25. cap. 11. de regul. propter Abbatum Generalium, & Capitum Ordinum præstantiam, voluit distinguere, & privilegiare Monasteria, in quibus fixam habent residendam, illa à Visitatione Episcopi eximendo, quamvis ibidem Cura Animarum sæcularium personarum immineret. Ad quod propterea animadvertens Clemens VIII. nè scilicet privilegia Confraternitatum Urbis traherentur in exemplum, ad evitanda inconvenientia, quæ inde oriebantur, in §. 5. sæpè dictæ Constitutionis vetuit communicari, & pro ratione loci statuta condi, & reformari mandavit.

57. His præliminaribus positis, statim effulget intelligentia Quinti Decreti, in quo licet decisum sit, quod functiones in dubio expressæ non sunt de iuribus merè Parochialibus, adhuc non inde valet inferri, quod possint solemniter expleri in Oratoriis, seu Ecclesiis Confraternitatum, sed ad Parochum spectare dicendum est, prout de aliis similibus in Sexto, Octavo, Decimo, & Duodecimo declaratum fuit; tum ob rationes, & auctoritates deductas in primo præliminari, tum ob declarationem olim jam factam ab eadem Congregatione in Neapolitana 18. Maii 1602. quæ ex Regestro Secretariæ deprompta hæc habet. *In Ecclesiis Parochialibus etiam quæ sub magistrorum laicorum gubernio, & directione esse solent, extauritis nuncupatis, Sacerdotalia munera, & Presbyterales functiones, quæ Populi, & Animarum curam quodammodo concernere videntur, quales sunt Candelarum, Cinerum, Palmarum fontis Baptismalis benedictiones, Sanctissimi Sacramenti delationes, celebrationes Missarum, feria V. Cæne Domini, & Sabbati Sancti, aspersiones Domorum, & quæ in Dominicis diebus in Ecclesia fiunt, quæque circa cultum Sanctiss-*  
Monacelli Form. Pars II.

simi Corporis Domini in quadraginta horarum oratione, & similes, non ad Cappellanos, seu etiam Sacristas, Ecclesiarum huiusmodi ab eisdem laicis deputatos, sed ad Parochum, seu Rectorem Animarum Curam habentem in Ecclesiis huiusmodi institutum, & precedente examine, & aliis requisitis provisum spectare debere censuit.

58. Unde d. Quintum Decretum ab isto antiquiori declaratur, cum certum sit, quod lex nova loquens indeterminatè, accipit determinationem, & specificatur à lege veteri. cum expediat 29. de elect. in 6. Donat. prax. rer. regular. tom. 1. part. 1. de revoc. privil. quæst. 17. num. 12. & par. 2. tract. 13. qu. 75. num. 4. Etenim cum ad dubium 13. in quo quærebatur. *An functiones in precedentibus octo dubiis, videlicet à dubio quinto ad duodecimum expressè peragi possint in Oratoriis privatis contradicente Parocho, responsum fuerit. Satis provisum in superioribus: & hæc responsio cum non magis ad quintum, quam ad sextum, octavum, decimum, & duodecimum referatur, & tali decreto non contradicat, evidens sit quod huic sit standum l. sed, & posteriores ff. de legib.*

59. Nihilique refert, quod Decretum istud loquatur de Cappellanis à laicis ad officium deputatis in Ecclesiis Parochialibus, non autem illis, qui functiones prædictas exercent in Oratoriis publicis a Parochialibus sejunctis, & independentibus: Quia ratio motiva prohibitionis (ut patet ex lectura Decreti, & clarius infra patebit) non provenit ratione loci, nec ratione dependentiæ, seu jurisdictionis, quam habet, vel non habet Parochus in Oratoriis, seu Ecclesiis in quibus confraternitates reperiuntur erectæ; sed ratione incapacitatis, ut probatum fuit in secundo præliminari, ac ratione officii, & functionis solemniter explendæ per certum, & digniorem Ministrum ab Ecclesia, in suis Ritualibus designatum, quod inferior usurpare non debet, & tandem illis prohibentur; quia concernunt quodammodo curam Animarum, ut habetur expressè in dict. Decreto, & illud referendo hoc idem bene advertunt,  
B 3 Quarant.

Quarant. in Summ. Bullar. verb. Missa vers. in Ecclesiis Samuel. de Sepultur. tract. 1. disp. 3. contr. 7. num. 19. & indistinctè hoc quoque firmant in terminis, Barbof. de offic. Paroch. cap. 12. n. 4. 5. & seqq. Donat. prax. rer. regular. tom. 3. tract. 8. quest. 19. 6. 4. Francef. de Eccles. Cathedr. cap. 25. num. 362. quibus non semel, & perfuasiore, sed pluries articulo discussio, Sac. Congr. Concilii (ad quam pertinet de iuribus Parochorum cognoscere) suis Decretis robur adjecit; nempe in Mantuana iurium Parochialium 3. Julii 1677. ad 6. & 7. dub. in Nullius Nonantulana iurium Parochialium 17. Febrar. 1585. ad 2. in qua recessit à resolutione contraria emanata 13. Jan. ejusd. anni, & in Bononien. iurium Parochialium 17. Novembris 1691. ad 3.

60. Decretis Congregationis Rituum, & Concilii consonant resolutiones Sac. Congr. Episcop. & Regul. in una Rhegien. inter Monasterium, & Monachos S. Petri Congreg. Cassinensium, & Confraternitatem SS. Sacramenti dictæ Civitatis, in qua propofitis dubiis.

- I. An Confraternitas sit exempta à jurisdictione Ordinarii?
- II. An eidem Confraternitati competat facultas retinendi Campanas obstreperentes in Culmine Oratorii.
- III. Processiones faciendi per Parochiam cum Stola, & Cruce occasione associationis cadaverum & similibus?
- IV. Continuo asservandi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, etiam cum illius publica expositione?
- V. Administrandi publicè Sacramenta Confessionis?
- VI. Benedicendi Candelas, Cineres, Olivas?
- VII. Functiones peragendi in majori Hebdomada signanter in die Cœnæ Domini.
- VIII. Ibi sepeliendi cadavera absque ullo interventu Parochi, istique omninò denegando jura Parochialia.

Die 5. Junii 1699. Sac. Congr. referente Eminentissimo Cardinali Tanario, censuit, & decrevit non constare de exemptione, & in reliquis — in hærendo (sunt verba Decreti) Decretis alias desuper editis, censuit respondendum negativè.

61. Et hæc est veritas, auctoritate Divi Caroli, Synodorum, Doctorum, & Decretorum omnium Congregationum meritò comprobata, & firmata: nè ordo Ecclesiæ Hierarchicus confundatur, Sacri Ritus corrumpantur, Clerus efficiatur mercenarius, & Dignitas, ac Libertas Ecclesiastica lædatur, & usurpetur: nam ut inquit Guibert. Tornaceni. quem refert Card. Bona in tract. rer. litur. lib. 2. cap. 16. num. 3. circa fin. — solemnes benedictiones, ad solemnes pertinent Sacerdoti.

62. Si quæ verò contraria reperiantur Decreta, magnificianda non sunt: quia vel de benedictionibus non solemnibus extra dies Cinerum, Palmarum, & Purificationis B. M. Virginis loquuntur, & intelligenda veniunt, vel non auditis, aut indefensis Parochis articulo non examinato, ac Animadversionibus supra relatis non factis, vel demùm ex aliqua facti circumstantia nobis ignota emanasse credendum est.

63. Sextum Decretum (quidquid dicant causam propriam tuendo Lezan. oper. mor. tom. 1. par. 1. cap. 12. n. 41. & alii DD. Regulares) juridicum videtur: quia licet benedictio mulierum post partum non sit de iuribus merè Parochialibus, ad Parochum tamen pertinet ex pluribus rationibus latè ponderatis per Pignatell. consult. 76. tom. 5. & signanter, quia in dicta Purificatione, offerri solet candela in memoriam, & honorem oblationis Turture, seu Columbarum factæ per B. M. Virginem S. Simeoni: super quibus oblationibus Parochus habet intentionem fundatam, & in puncto tenet etiam Genuen. prax. cap. 70. num. 13. secund. impres. Neap. 1602. & concordant alia Decreta à me allegata par. 1. annot. ad Form. 18. nu. 10. 11. & 12. tit. X.

64. Quò verò ad benedictionem fontis Baptismalis planior, & certior est resolutio: quia cum de jure unusquisque in sua debeat baptizari Parochia, & à suo Pa-

Parocho, *Frances. de Eccles. Catedr. cap. 21. n. 28.* sequitur, quod Parochus habere debeat jus quoque privativum benedicendi fontem, cum nemo alius baptismum ministrare valeat, sine ejus licentia *Barbos. de Paroch. cap. 12. num. 2. Nicol. in flosc. verb. Parochus nu. 18. Sac. Congr. Rit. in d. Neapolitana 18. Maii 1602. Ricc. in prax. p. 4. resol. 309.*

65. Octavum item justissimum est: quia celebratio Missæ Solemnis fer. V. in Cœna Domini est functio Parochialis, *Barbos. de Paroch. d. c. 12. num. 3. & collect. decis. Apost. c. 39. n. 6. Ricc. in prax. part. 4. resol. 310. Pignatel. consult. 79. n. 7. & seq. tom. 9. Sac. Congr. Concilii in Nullius Nonantulana jurium Parochialium 13. Januarii 1685. Ad quartum: Utrium scilicet Vicarius Ecclesiæ existentis intra fines Parochiæ possit Missam canere? Affirmativè, præterquam quo ad Feriam V. in Cœna Domini.*

66. Decimum æquè justum reperio, nam Missarum solemnium celebratio, quamvis non sit de juribus Parochiæ, adhuc tamen Confraternitates non possunt per suos Cappellanos solemniter celebrare, ut jam ead. *Sac. Congr. declaraverat in Cæsaraugustana 14. Jan. 1612. articulo plenè discusso, & examinato, ut habetur ex eodem Decreto, quod hic in necessariis referam, factum enim ibi ita exponitur: Cum in Civitate Casaraugustana intrâ fines vetustissimæ Parochiæ S. Pauli ejusdem Civitatis situm sit quoddam Hospitale cum cappella sub invocatione B. M. Conceptionis, & SS. Justæ, & Rufinæ cujus Hospitalis Confratres sub prætextu quod dictum Hospitale extitisset in Monasterio Fratrum Carmelitarum obtinuerunt aggregari Hospitali, sive Ecclesiæ Lateranen. de Urbe, & ex dicta aggregatione prætendunt per Cappellanum sive Cappellanos suos dicto Hospitali inservientes exercere posse omnia, & singula, quæ ad solum Parochum pertinent, ut Missam cum cantu solemniter celebrare, Confessiones audire, communicare, sepellire mortuos, prædicare, Sacramenta ministrare, in die Cœnæ Domini sepulcrum facere, Sanctiss. Sacramentum reservare, & alia hujusmodi exercere, etiam sine consensu, & licentia Ordina-*

rarii, & ipsius proprii Parochi, quæ ex dispositione juris ad solum, & proprium Parochum spectant &c. propterea tam pro parte Parochi prædicti, quam Prioris, & Fratrum dicti Monasterii Carmelitarum supplicatum fuit, in *Sac. Rit. Congreg. ut dignaretur declarare supradicta omnia dictis Confratribus non licere absque expressa licentia Ordinarii, & cum negotium ab ead. Sac. Rit. Congr. commissum fuerit Illustrissimo, & Reverendissimo D. Cardinali de Monte, qui audire voluit etiam Vicarium, & Canonicos Ecclesiæ Lateranensis de Urbe pro eorum interesse, ob prædictam assertam aggregationem, & tandem audita de omnibus prædictis relatione ejusdem Illustrissimi; & Reverendissimi D. Cardin. de Monte: Eadem Sac. Rituum Congregatio, censuit non licere dictis Confratribus Hospitalis prædicti, & Cappellæ B. Mariæ Conceptionis, & SS. Justæ, & Rufinæ sitæ sub Parochia S. Pauli in Civitate Casaraugustana, prædicta facere, & exercere, quæ ad proprium Parochum spectant, sine expressa Ordinarii, & ipsius Parochi licentia, & ita declaravit. Quam declarationem referunt etiam, & sequuntur *Gavant. manual. Episcop. verb. Confraternitas in addition. nu. 3. Barbos. collect. dec. Apostolic. cap. 207. nu. 17. Pignatell. consult. 103. num. 17. tom. 10. Nicol. lucubr. can. lib. 3. tit. 36. num. 9. & ratio est quia per aggregationem non communicantur exemptiones, & privilegia aggregantium, sed Indulgentiæ, & gratiæ Spirituales tantum, ut supra præmissum fuit, & quia solemniter celebrare Parocho convenit, & tandem quia ita declaravit *Sac. Congregatio Concilii in Lunen. Sarzanen 18. Augusti 1690. ad 5. confirmata auditis, & informantibus partibus 13. Jan. 1691. & hanc declarationem servari mandavit Sac. Congregat. Episcop. in Cæsatenen. 27. Junii 1692.***

67. Undecimo Decreto conveniunt responsiones superius datæ ad Quintum, quia licet de stricto juris rigore expositio 40. horarum, & benedictio, quæ fit super populum, non sit de juribus merè Parochialibus, dubitari tamen non potest, quin sit functio respiciens populum, & curam Animarum, & ad solum

Parochum qui illum habeat subjectum pertineat, est enim actus jurisdictionis, ut notat. Biff. in Hierurg. part. 1. verb. Benedictio n. 67. ibi ---- Benedictio à simplici Sacerdote dari non potest, nisi in Missa, vel administratione Sacramentorum, quando à rubrica prescribitur, ceterum benedicere populum est actus jurisdictionis, quod colligo ex Cereimon. Episc. lib. 1. cap. 4. ubi habetur, quod Episcopus ambulans per Civitatem debeat manu extensa populum benedicere, non tamen id faciat extra suam Diocesim, & quidem nulla alia de causa, nisi quia in aliena Diocesi jurisdictionem non habet: simplex autem Sacerdos nulla habet jurisdictionem, ergo poterit tantum benedicere populum in casibus supra notatis; & quod benedictiones cum SS. Sacramento exposito de licentia Ordinarii in Ecclesia Confraternitatis, expleri debeant à Parocho, vel ab alio Sacerdote de ejus licentia, auditis partibus, declaravit Sac. Congreg. Concilii in Ferrarien. 22. Martii 1698. ad 2. & 3. quod & probè sancitum fuit in Synodo Farfensi in titulo de Societat. laicor. nu. 8. ubi alia Decreta allegantur, & in Synodo Bononien. Eminentiss. Card. Boncompagni in titulo de Confratris §. cum de exponendo.

68. Decimum octavum Decretum, habet locum (prout quæsitum fuit in dubio) in Ecclesiis publicis sejunctis à Parochiali: Cæterum munus prædicandi in Ecclesia Parochiali, est jus Parochiale, quod Parochis ratione officii sui Pastoralis præcipuè incumbit, prout desumitur ex Clem. dudum de sepultur. §. non autem, & advertit Pirhing in jus can. lib. 3. tit. 29. §. 5.

69. Decimum nonum Decretum, fultur DD. auctoritate, & aliorum Decretorum nempe, Gravant. in manual. Episcop. verb. Confraternitas num. 25. & in verb. Missa Parochialis num. 5. Nicol. Lucubr. can. lib. 3. tit. 41. num. 7. Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 17. c. 13. n. 1. Panimoll. dec. 5. annot. 1. n. 25. Pignatell. consult. 103. n. 18. tom. 10. ead. S. Cong. in S. Agathe Gothorum 25. Martii 1652. in Narnien. 11. Septembr. 1666. in Squillacen. 26. Martii 1678. in Forolivien. jurium Parochialium 18. Novembris.

1684. ad 6. dub. & in Britinorien. 21. Junii 1687. ad 7. dub. scitè autem additum fuit -- nisi aliter Episcopus disponat; quia hoc pendet à prudenti arbitrio Ordinarii pro diversitate locorum cum in magnis Civitatibus, & locis populosis, & insignibus Missa etiam diebus festis in hujusmodi Oratoriis ad libitum celebrari soleat, absque ullo respectu ad Ecclesias Matrices, ut advertit Nicol. in fosc. verb. missa n. 30.

70. Vigésimum Decretum juridicum omnino est: quia cum indubitanter jus sepeliendi suos Parochianos sit de juribus Parochialibus, ut docent Medic. de sepult. quest. 10. n. 1. Rot. coram Coccin. dec. 1213. n. 2. sequitur, quod etiam jus faciendi officium funebre super Cadaveribus tanquam connexum, & dependens privativè, ad Parochum spectet, Sammel. de Sepult. disp. 3. contr. 2. nu. 19. & contr. 7. nu. 16. ibi -- Parochum interest officia funerealibus per agere in sua Parochia quando defunctus ibi sepelitur, licet totum Capitulum presens sit Ecclesie matricis, & minime interest Presbiteros Cleri nisi hoc agerent ex Parochi commissione: Et non tantum in Ecclesiis secularibus intra fines Parochia: sed etiam regularibus illorum Conventuum, qui vigore Constitutionis Innocentii X. quæ incipit ut in parvis 55. Bullar. tom. 5. jurisdictioni subjacent Ordinatio: in his inquam non à Regularibus, sed a Parocho ad quem spectat officium funeris supra cadaver explendum erit, ut observat Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 9. cap. 3. num. 22. ubi dat concordantes.

71. Neque huic verissimæ conclusioni obstat sæpè allegata in contrarium decisio Cocc. nella 2089. quam deinde sequuti sunt Tondut. quest. benef. lib. 1. cap. 63. num. 27. & Card. de Luc. de Paroch. dec. 31. n. 7. in qua firmatur hujusmodi officium per Cappellanum Confraternitatis in propria Ecclesia fieri debere, ex quo juxta opinionem Abbatis, non fit de juribus Parochialibus.

72. Nam præterquam quod decisio prædicta validissimis impugnatur fundamentis à Marant. respon. 21. per tot. tom. 4. & per Pignatell. consult. 73. n. 24. 55. Et

seqq. tom. 8. adverte, quod licet Abb. in loco allegato, officium funeris inter jura Parochialia non recenseat, contrarium tamen dicit. *in c. primo num. 4. de sepultur. ibi --- & sic erit idem dicendum de jure funerandi*, Vitalin. *in Clem. eos qui num. 41. de sepult.* ubi, quod officium prædictum lato modo vocatur Sacramentum; Hostien. *Summ. lib. 3. de sepultur. n. 1. in fin. ibique Add. loc. c. text. in c. cum in Ecclesia de simon.* ubi hoc officium parificatur Sacramentis ibi --- *Nec non pro sepulturis, & exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, seu aliis Sacramentis, aliquid requiratur*: Et sic primum fundamentum Rotæ non subsistit: & quatenus subsisteret, sufficit, quod sit jus dependens à juribus Parochialibus, ut per solum Parochum expleri debeat, ut ostensum est supra, & latius probant autoritates, & Decreta fuso calamo à Maranta, & Pignatello allegata.

73. Præterea d. Decisio salvari potest in suo casu; quia in eo favore Cappellani insignis Hospitalis, aderat Constitutio Synodalis, in qua Rota se fundavit ut nu. 19. quæ Constitutio sufficit pro sustinenda decisione, cum Synodus faciat jus speciale pro tota Diœcesi servandum Rot. *coram Emerix. dec. 740. num. 2. & 9. & in Calaguritana Decimarum de Aguillar. 13. Jan. 1698. §. verum cor. Molines, & in altera Calaguritana Decimar. S. Petri Manrique 14. Aprilis 1698. §. constitio, cor. Priolo.*

74. Nec minus officit auctoritas Sac. Congreg. Concilii in Romana funerum 18. Jan. 1682. ad 4. quia eadem occurrit responsio mox ponderata quò ad decisionem Cocceini, quod scilicet in casu d. resolutionis concurrebat tam speciale Statutum Cleri Romani cap. 5. §. 10. præcipiens, quòd officium super Cadavere celebretur à Sacerdote illius Ecclesiæ ad quam corpus humandum deferatur: quàm peculiaris prætensa observantia Urbis per testes probata: undè quidquid sit de subsistentia d. resolutionis in casu particulari in quo emanavit, contra quàm scripsit Pignatell. *d. consult. 73. num. 27. tom. 8. & cui (ut audivi) Parochi Urbis non acquiescunt, nostro Decreto obstare non valet, quod emanavit per viam*

legis universalis, sola juris dispositione inspecta.

75. Imò quod Parochus debeat officium funeris explere non solum super Cadaveribus suorum Parochianorum (ad quos restringitur Decretum,) sed etiam aliorum, qui sepeliuntur in Ecclesiis Secularibus Confraternitatum intra fines Parochiæ existentibus, tenet Decretis, & auctoritatibus pluribus allegatis Samuel. *de sepult. disp. 3. contr. 2. num. 52. & contr. 5. num. 16. ibi --- Defunctorum corpora quando sepeliuntur in Oratoriis, aut Cappellis, & Sacellis, atque in Confratrum Ecclesiis, quorum locorum est Sacerdos secularis Cappellanus, spectat ad Parochum. & non ad ipsum Cappellanum officia peragere, & sepulture illa tradere, & disp. 5. contr. 10. numer. 5. ibi --- Confratres sepelientes in Oratorio, aut Cappella seu in Ecclesia Confraternitatis, quia in his locis sibi sepulturam elegerunt officium funerale super cadaver ad Parochum de jure spectat, & nullatenus ad Cappellanum horum locorum. Ita declaravit etiam novissime Sac. Episcop. & Regular. Congr. referente Cardinali Ludovico Taberna Episcopo Laudensi, ut in illius Synodo fol. mihi 63. registratum est, & latius idem firmat disp. 6. contr. 18.*

76. Hoc tamen absolute firmare non audeo; non solum quia Decretum tantum primos comprehendit, sed etiam quia cum jus funerandi maxime pendeat ab administratione Sacramentorum, Pannimoll. *dec. 5. annot. 3. num. 9.* (& sic ratione subjectionis personarum defunctorum, quam non habent non subditi (videtur quod in his diversa militet ratio, ut in proximis terminis observet Card. de Luc. *de regular. disp. 65. num. 8. & 9.* At ampliationem asserre volui ad demonstrandam Decreti justitiam, & soliditatem, adversus quod decisio Cocceini supra in objecto allegata adduci non poterit in futurum: tum quia principale fundamentum Rotæ non subsistit, ut præmissum est, tum quia ab illa opinione recessit in Taurien. *jurium Parochialium 28. Julii 1688.* quam decisionem refert per extensum Pignatell. *Consult. 103. num. 11. tom. 10.* tum demum quia, cum ipsa

Rot.

Rot. in d. decis. Coccini num. 26. ingenue, & laudabiliter (ut semper solet) fateatur, hoc articulum declarare pertineat ad hanc Sac. Congreg. clarum est quod attento hoc Decreto, cessat hodiè omnis quæstio.

77. Vigesimo tertium Decretum juridicum item est: nam Stolæ delatio jurisdictionem importat Samuel de Sepulchris tract. 1. disp. 3. contr. 7. nu. 9. & disp. 4. cont. 22. nu. 13. quam cum Sacerdotes simplices Cappellani non habeant, illam deferre non debent extra Confraternitatum Ecclesias, ut robant Decreta congesta à Pignatelli. consult. 73. nu. 21. tom. 8. & consonant aliæ autoritates, quas adduxi part. 1. adnotation. ad formul. 18. nu. 4. titulo Decimo, quibus non obstat usus Urbis, in qua Cappellani Confraternitatum Stolam deferre solent in Processionibus funeralium, quia hoc provenit ex concessione Statuti Cleri Romani cap. 7. §. 7. quod refert Pignatelli. d. n. 21. Undè, ubi tale Statutum non viget, juris dispositioni standum, & huic Decreto per viam legis emanato.

78. Nec minus in contrarium allegari valent Decisiones Rotæ in Causa Savonen. Aggregationis 27. Junii 1698. coram Pio, 9. & 15. Junii 1699. coram eodem 15. Jan. 1700. coram dell' Olmo, & 13. Junii 1701. coram Molines Decano in quarum ultima §. ad remotionem, firmatur, quod virtute aggregationis Archiconfraternitatis Mortis Urbis, & communicationis privilegiorum, possit Cappellanus Confraternitatis aggregatæ Stolam deferre, ac privilegiis aggregantis uti, ac si ea ab origine fuissent directè concessa: quoniam quidquid sit de subsistentia hujus propositionis, & de qua valdè est dubitandum, cum de directo contraria sit dispositioni Bullæ Clem. VIII. ut notatum fuit supra in principio in Secunda animadversione; satis est respondere, quod cum hoc nostrum Decretum quod emanavit per viam legis generalis, sit posterius, illi standum est. Quod est adeò verum, ut orta controversia inter Cappellanos Confraternitatis Casalis majoris Cremonen. Diœcesis, aggregatæ Archiconfraternitati Mortis, & Orationis Urbis, & Parochum d. loci super delatione stolæ de-

ferendæ per dd. Cappellanos in functionibus, & processionibus, Sac. Congreg. Concilii ad quam causa fuit delata, in responsione ad 10. sub die 23. Jan. 1706. partibus informantibus declaravit, eos extra Oratorium Confraternitatis Stolam deferre non debere nec posse, non obstantibus dictis Decisionibus Rotæ in d. Savonen. quæ dabantur in Summario Confraternitatis. Si igitur in opinionum varietatè, sequenda est illa, quam sunt amplexa majora, & digniora Tribunalia, ut inquit Card. de Luc. in relat. Cur. Rom. dec. 32. num. 73. & 86. profecto Decreta hujusmodi Sac. Congregationum quæ, & ipsa Rota veneratur, & sequitur ut testatur expressè ultima ex prædictis Decisionibus coram Molines §. evidenti, & coram Duno. jun. dec. 878. num. 10. & cor. Cels. decis. 5. num. 12. & decis. 60. num. 4.) sequenda sunt.

79. Ulterius quod simplicibus Sacerdotibus secularibus jus non competat in functionibus Ecclesiasticis: nisi gerant vices Parochi, deferendi Stolam redditur certum etiam, eo, quod id neque Sacerdotibus Regularibus permittatur extra eorum Ecclesias occasione benedicendi agros, sine licentia Parochi. Supplicante enim in Sac. Congreg. Concilii Procuratore generali Capuccinorum declarari. Primo an Regulares dicti Ordinis requisiti ab Agrorum Dominicis, possint absque licentia Parochi benedicere Agros, & male dicere Locustas, & Brucos, & ceteros hujusmodi Vermes, & quatenus affirmativè. Secundo an in hujusmodi functionibus peragendis uti possint Stola absque licentia Parochi? Sac. Congr. die 28. Augusti 1688. respondit ad utrumque Negativè. Et hinc patet, quod delatio, & usus Stolæ in functionibus præsertim publicis ab Ecclesia præscriptis, non simplicibus Sacerdotibus, sed officium Parochi exercitibus tantùm convenit: Cumque tam Confraternitates, quàm Conventus, & Monasteria Regularium, non erigantur, nisi cum clausula præservativa jurium Parochialium, ut per me ostensum fuit par. 1. annot. ad for. 10. tit. 6. n. 9. & seqq. & annot. ad for. 19. n. 20. ejusd. tit. ideo eorum Cappellani, & Religiosi respectivè, hoc jure deferendi Stolam extrà pro-

propriam Ecclesiam (quod Parochi est) uti non debent, nec possunt, neque alias functiones Parochiales supra enumeratas exercere, nè ita præjudicium iuribus Parochorum inferatur.

80. Iisdem principiis, & thæoriis (quoties de intelligentia Decretorum huc utque examinatorum disceptatio contingat) decidendæ erunt quæstiones, quæ oriuntur non minus frequenter, cum Officialibus, & Cappellanis Confraternitatum erectarum in Ecclesiis, & Oratoriis sitis in solo Ecclesiæ Lateranensis quia sicuti Capitulum hujus celeberrimæ Basilicæ omnium per Orbem Ecclesiarum Matris, comprehenditur sub dispositione Bullæ Clementis VIII. & in erigendis, & aggregandis Confraternitatibus, illam observare tenetur, ut expressè declarat Paulus V. in sua Constitutione 68. de qua supra in §. & hanc: ita legibus, & Decretis aliis Confraternitatibus communibus gubernari debent, & licet vigore Privilegii Honorii III. & Bonifacii IX. (olim tamen a Pio IV. revocati, & deinde à Sixto V. per ejus Constitutionem 19. reintegrati) loca pia hujusmodi sint sub immediato domino, protectione, & jurisdictionem d. Capituli: nihilominus Sixtus qui prædicti Privilegii innovationem concessit, jura Parochorum intacta voluit remanere: quod ut à non habentibus Bullarium melius percipiatur verba ejus Bullæ impressæ to. 2. pag. 513. hic fideliter referam, in §. enim 2. hæc habet -- Sane cum dudum fel. rec. Bonifacius Papa IX. prædecessor noster, qui singularem devotionis affectum ad eandem gerebat Basilicam &c. volens propterea specialis alicujus prærogativæ Privilegio eam decorare, tunc Archiepiscopo, & Capitulo, singularibusque personis, & Ministris illius, ac aliis quibuscumque personis utriusque sexus, ut in quibusvis fundis, terris, possessionibus, & locis, ad eorundem Archiepiscopi, & Capituli mensam Capitularem spectantibus Diocessani loci, aut alterius licentia minimè requisita, Ecclesias, Monasteria, Oratoria, Prioratus, Dignitates, Personatus, Officia, & alia Beneficia Ecclesiastica, cum cura, vel sine cura, necnon Conventus, Hospitalia, & pia loca quæcumque fundare, construere,

erigere, ædificare, & tollere quoties placeat, valent (jure tamen Parochialis Ecclesiæ, & alius cujuslibet in omnibus semper salvo) auctoritate Apostolica indulserit &c. prout ejusdem prædecessoris litteris, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum inferentur pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur.

Et in §. 3. facta prius in §. 2. mentione revocationis dicti Indulti emanati per Pium IV. sic prosequitur. Non moti tam præarrata Bonifacii Papæ prædecessoris consideratione, quàm præclara Imperatoris Constantini &c. vestris hujusmodi supplicationibus benignè annuentes, præarratasque Bonifacii Papæ litteras, cum omnibus, & singulis decretis, clausulis, & aliis in eis contentis, Apostolica auctoritate (modificationibus infrascriptis semper salvis) harum nostrarum serie revalidantes, & innovantes, vosque ad illarum pristinum usum adversus supradictas Pii IV. litteras revocatorias restituentes, & plenarie reintegrantes, ex speciali gratia indulgemus, quod perpetuis futuris temporibus litteris vestris parentibus, sub solitis titulo, & nomine supradictis, etiam absque presentium nostrarum insertione expediendis, licentiam, & facultatem liberam quibuslibet benè vobis: in fundis, terris, & locis mensæ vestræ Capitularis, ac alias juxtà earundem Bonifacii Papæ prædecessoris litterarum formam, quæcumque Monasteria, Prioratus, Conventus, Ecclesias, Dignitates, Personatus, officia, & alia Beneficia Ecclesiastica, cum Cura, vel sine Cura, nec non Hospitalia, & alia pia loca fundandi, erigendi, ædificandi, dotandi, ac alias quomodolibet in illis contenta faciendi, quæ quidem dominio, protectioni, jurisdictioni, defensionem, ac potestati vestris immediatè subsint, nec non earundem plenum jus, dominium, merum, & mixtum imperium, institutio, in super destitutio, collatio, proviso, presentatio, & quævis alia dispositio ad vos solum, & insolidum, perpetuo spectet, dummodo Episcoporum in quorum Civitatibus, sive Diocesis illa fuerint, licentia expressa ad hoc accedat, Ecclesiæque, & alia ut præfertur fundanda, erigenda, ædificanda, & dotanda,

tanda, atque illa pro tempore obtinentes libertatis, immunitatis, & exemptionis privilegium aliquod à jurisdictione, & superioritate ipsorum Episcoporum, aliterve contra formam Decretorum, & Ordinationum Sac. Conc. Trid. propterea non acquirant, licentiam, & facultatem liberam, ut prius in omnibus, & per omnia, perinde, ac si litteræ hujusmodi revocatorie nullatenus emanassent concedere valeatis.

81. Tenore igitur Bullæ Sixti hic relatæ perspecto licet fit palam, quod Papa noluit per reintegrationem privilegii Ecclesiæ Lateranensis Parochis præjudicium inferre; sed omnia eorum jura expressè præservare per clausulam in privilegio Bonifacii contentam, & innovatam ibi-jure tamen Parochialis Ecclesiæ in omnibus semper salvo, per quam omnia firma, & præservata remanent, non tantùm ea, quæ merè jura Parochialia sunt, sed cætera quæ ad Officium Parochi pertinere, & spectare jam supra plenè probatum fuit, prout in terminis alterius Brevis Clementis Papæ VIII. eandem præservationem, & clausulam habentis firmavit Rot. coram Coccin. dec. 1469. num. 3. 6. & 7. & coram Buratt. dec. 193. n. 1. ubi Add. & ficcum Sixtus non auxerit privilegium, sed tantùm innovaverit cum clausula sine præjudicio Parochialis Ecclesiæ, jura, & prærogativa Parochorum etiam in minimis præservata dicuntur, ut in puncto respondit Rot. coram Cerr. decis. 566. num. 24.

82. Et hæc fortius procedunt in illis Confraternitatibus, & aliis locis piis erectis, & aggregatis in fundis acquisitis post Sixti Indulti innovationem: nam cum illud reperitur concessum sine clausula amplectente futura, censetur restrictum ad loca, & fundos tempore privilegii possessa ibi -- In fundis, terris, & locis mensæ vestræ Capitularis, &c. Rot. coram Buratt. decis. 639. num. 13. & sic privilegium non extenditur ad fundos, & loca de novo acquisita, quibus proinde communicari nec poterit ad text. expressum in Clem. I. de censib. in fine ibi -- privilegia vero, seu exemptiones hujusmodi ad Monasterium seu Ecclesias, quæ ad eos obvenire continget in posterum,

volumus non extendi, ibique glos. & in terminis hujus nostræ Bullæ Sixti V. privilegium Ecclesiæ Lateranensis innovantis, quod tanquam exorbitans à jure non extendatur ad Ecclesias ædificatas in fundis post Indulti concessionem acquisitis, tenet cum Calderin. cons. 12. de privileg. Cherubin, in compend. Bullar. Schol. 1. ad eamd. Bullam, & in jure conclusionem firmant Donat. de regular. tom. 1. part. 1. tract. 6. de extens. privileg. quest. 1. numer. 5. Pirhing. in jus can. lib. 5. tit. 33. numer. 40. cujus verba hæc sunt -- Notandum quoniam, & si glos. hic V. in quantum exempti, dicat, quod privilegium exemptionis concessum alicui Monasterio, & omnibus Cappellis ipsius, se extendat etiam ad Cappellas postea de novo acquisitas, siquidem hæc accessorie sint annexæ: secus si ab illis omnibus sint segregatæ, & habeant se velut principale, & non accessorie ad alias Cappellas. Oppositum tamen est probabile, nempe quod hujusmodi privilegium indistinctè non extendatur ad Cappellas de novo acquisitas arg. l. si ita 7. ff. de aur. & arg. leg. ubi dicitur, si ita legatum sit, vestem meam, argentum meum tibi lego, solum præsens argentum, non futurum legatum censetur, quia pronomen meum vel suum, tantum verificatur de præsentibus. Ratio est, quia hujusmodi privilegia sunt odiosa, cum præjudicent juri Ordinariorum, ideoque sunt restringenda Hostien. hic §. se pone, & Abb. numer. 5. Non obstat quod de novo acquisitum eodem jure censetur cum antiquo. Ecclesiis 9. de censib. & una eademque Ecclesia, non debet diverso jure censi c. cum in tua de decim. Nam debet eodem jure communi censi, non autem speciali quod non extenditur, vel debet eodem jure censi quo ad idem, sicut non potest quis esse simul servus, & liber, sed ratione diversorum jurium concurrentium in eadem persona, vel re, potest idem, vel eadem res diverso jure censi, nam potest una eademque persona, vel Ecclesia in uno esse privilegiata, & non esse in alio, & potest quis habere plura domicilia, & ratione eorum, subesse diversis, & in unius foro, uno jure judicari, in alterius alio, Hostien. & Abb. loco cit. & apte Rot. post Tamburin. de jure Abb. dec. 16. n. 8. & 9. & dec. 78. n. 13.

83. Quæ sententia à fortiori militat in acquisitionibus, quæ fiunt mediantibus largitionibus laicorum, non ut amore Dei pia liberalitas erga Basilicam exerceatur; sed ut iidem laici fundum proprium (quem fiducialiter, & intentione correspondiva donant) consuarium reddentes, privilegium fundi Lateranensis furripiant, & obtineant; quod est contra mentem expressam Summorum Pontificum, qui nunquam de ista acquisitionis, & proprietatis, & fundorum specie cogitarunt, ut patet ex supra relata Bulla; ad quod sapientissimè animadvertentes Sacræ Congregationes, hujusmodi locis, & fundis privilegium non suffragari sæpè declararunt, nempe Sac. Congr. Episcop. & Regular. in Aquilana jurisdictionis Terræ Archiep. 23. Junii, & 4. Augusti 1690. & in Rhegien. jurium Parochialium 5. Junii 1699. referente Eminentissimo Tanara, & Sac. Congr. Concilii in alia Rhegien. 15. Novembris 1698. (in qua omnes functiones supra controversæ, & in quinto Dubio contentæ excluduntur) quam allegavi tom. 1. tit. 5. annot. ad form. 1. n. 4. Quæ, & si quoque Judices inferiores advertent, profectò diversimodè non judicabunt.

84. Quod autem attinet ad jurisdictionem Episcoporum, quam habent in his Confraternitatibus erectis in fundo Lateranensis, ad illam firmandam, non indigemus DD. allegationibus; quia ipsemet Sixtus in dict. sæpè citata Bulla de hoc maximam auctoritatem præbet illis verbis - Ecclesiæque, & alia ut præfertur fundanda, erigenda, edificanda, & dotanda, atque illa pro tempore obtinente, libertatis, immunitatis, & exemptionis Privilegium aliquod à jurisdictione, & superioritate, ipsorum Episcoporum, aliterve contra formam Decretorum, & ordinationum Sac. Concilii Tridentini propterea non acquirant. Certius, quod hic Sixtus disponit evenire, quoties in Diocesi reperiretur erecta, vel aggregata in solo, aut Ecclesia Lateranensi sine ulla, vel cum licentia tantùm Vicarii Generalis ad id speciale mandatum non habentis, aut Vicarii Capitularis: quia cum agatur de re voluntariæ jurisdictionis (quæ gratiam sapit) & non competat de jure

communi, & sit de majoribus: non censeatur in eis talis facultas translata, neque commissa, ut in terminis licentiæ dandæ, & obtinendæ in fundatione, & erectione novorum Monasteriorum, per hæc, & alia juris fundamenta latè probat Fagnan. in cap. non amplius 2. num. 70. usque ad fin. cap. de institut. cum quo communiter concordant Pasqualig. ad contro. Lauret. de Franch. par. 1. nu. 504. & duob. sequentibus. Nicol. lucubr. canon. lib. 1. tit. 28. num. 22. Donat. prax. rerum regul. tom. 1. part. 2. tract. 1. quæst. 18. Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl. par. 1. annot. 18. §. unico num. 11.

85. Imò dd. Vicariorum exclusio non solum deducitur ex mox perpenis: sed ex ipsa Sixti Quinti Sanctione ibi - Dummodò Episcoporum in quorum Civitatibus, sive Diocesis illa fuerint, licentia expressa ad hoc accedat: Undè cum Pontifex usus fuerit nomine Episcoporum, & non Ordinariorum, digito demonstrare voluit, quod talis licentia non nisi ab Episcopis (quibus ob rei importantiam, & gravitatem specialiter commissa est) dari possint, ut bene observat Fagnan. ubi supra num. 73. & 86. Barbof. de canonicis cap. ultim. num. 108. Passerin. in cap. cum in generali num. 10. de offic. Vic. & in cap. Episcopali num. 7. de majorit. & obedient. in 6. & per consequens erectio, seu aggregatio facta in solo Ecclesiæ Lateranensis cum licentia à Vicario Episcopi vigore mandati generalis, vel à Vicario Capituli concessa, nulla, & illegitima prorsus erit, prout observatum fuit in dict. Rhegien. 15. Novembr. 1698. in qua solus consensus Vicarii generalis absente Episcopo intercesserant: Nec sufficeret Episcopi consensus interpretativus, seu tacitus, qui ex taciturnitate, ac aliis actibus aliquando induci posset: nam ubi licentia Episcopi expressa requiritur (ut hic) non sufficit tacita, sed expressa esse debet, Barbof. supra Concil. Trident. sess. 7. cap. 5. num. 28. de reform. Fagnan. in cap. relatum num. 48. de cleric. non residen. & qui sine licentia aliquid facere non potest, non sufficit, quod petat, nisi obtineat, Barbof. dec. 371. n. 2. & seq.

86. Cæterum in Processionibus peragen-

agendis extrà ambitum Ecclesiarum in expositione Eucharistiæ, benedictione solemni super Populum, aliisque similibus, quoties interveniat licentia Ordinarium, Parochus non potest se opponere nè à Cappellanis, & Officialibus Confraternitatum fiant, quia Animarum Cura, & Populi directio principaliter incumbit Episcopo, qui est Parochus Parochorum Sac. Congreg. Concilii in *Savonen. 12. Februar. 1689.* Imò nec ipse Parochus sine licentia Episcopi potest Processiones extraordinarias facere *eadem Congreg. 12. Julii 1636.* in qua fuit dictum non sufficere licentiam Vicarii Foranei.

87. Præterea jura, quæ ad Parochos seculares pertinent, Regularibus quoque competere non ambigitur, quando in Ecclesiis Parochialibus, Monasteriis unitis ad exercendam curam deputantur; prout deputari, nominari, præsentari, & admitti in illis posse pluries respondit Sac. Congreg. Concilii, cujus Decreta retulit *tom. 1. Appendic. annotat. ad Decret. Clement. X. de Canon. Regular. ad Cur. Anim. non admitt. num. 13. in fin. & novissime in Placentina 15. Decembr. 1703.* Quod tamen intellige non ut habeant titulum, sed Curæ exercitium dumtaxat ad nutum amovibile, quia Regularis omnes, qui emittunt tria vota solemnia cujuscumque ordinis, & Militiæ sint, tanquam incapaces, Beneficia secularia in titulum habere, seu retinere non possunt absque Sedis Apostolicæ Indulto, ut respondit tam Rota in *Leodiens. Parochialis 4. Julii 1692. & 6. Martii 1693.* coram Pio contra Regularem Lateranensem: quàm Sac. Congregat. Concilii Episcopo Elvensi in Regno Portugalliæ, quærenti enim ipso declarari — *An fratres Sacerdotes Professi Ordinis Militiarum Sancti Jacobi de Anis possent consequi, & retinere Beneficia secularia cum cura, & sine Cura, nec non Cantus in Cathedralibus Ecclesiis absque dispensatione Apostolica: sub die 15. Junii 1652.* prodiit resolutio: hujusmodi Fratres Sacerdotes Professos, si emittant Professionem expressam cum tribus votis substantialibus, esse incapaces Beneficiorum Sæcularium absque Dispensatione Sedis Apostolicæ, *lib. 9. decis. pag. 194.*

quæ solet aliquando ex Voto Congregat. indulgere, ut Religiosus professus possit præsentari ad Beneficium Sæculare Jurispatronatus agnati, cum clausula — *Dummodo utatur fructibus juxta Constitutiones Regule: prout indultum fuisse vidi P. Leonardo Passano Ordin. Prædicat. à Sac. Congregat. Episcop. Regular. 7. Januar. 1692.*

88. Tales autem Curati regulares amovibiles, in his quæ pertinent ad Curam, & administrationem Sacramentorum subjacent Ordinariis locorum juxta claram dispositionem *Conc. Trident. cap. 11. sess. 25. de regul.* ideoque tenentur ad Synodum accedere cujusvis ordinis sint, etiam Societatis Jesu, quoties inserviant Parochialibus unitis eorum Collegiis, ut respondit Sac. Congreg. Concilii in *Osneburgen. 8. Januar. 1633.* & quidem Ordinarius illos vifitat, & punit circa præmissa non jure delegato, sed plenaria jurisdictione ordinaria, sicut & ceteros Parochos seculares, ut præter Decreta Sac. Congreg. Concilii per extensum relata à Barbof. *Vot. decis. 125. post num. 42. lib. 3. & in Casenaten. Jurisdictionis 23. Septembris 1690.* ad primum plenè examinato articulo firmavit Rot. in *Firmana jurisdictionis 10. Maii 1700. §. hancque jurisdictionem, & seq. coram Molines.* Quidquid sit, si Regulares Curam Animarum non exercent, sed solum delinquant in Sacramentis ministrandis; tunc enim subsunt jurisdictioni Episcopi Diocesani tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, ut pluribus allegatis distinguit Rot. in *disc. Firmana jurisdictionis §. tum etiam quia in fin.* sicuti quando contra eos procedit pro observatione, & executione Decretorum Concilii Trident. & Constitut. Apostolicarum; vel ob notorium delictum: nam in his casibus, quamvis exercere possit jurisdictionem etiam censuris, ut respondit Congreg. Concil. in *Albiganen. 4. Julii 1648.* vel illos pro secundo casu excommunicatos publicè denunciando, ut in *Limana 29. Januarii 1633.* quam refert Barbof. *disc. Vor. decis. 125. lib. 3. post numer. 42. decr. 45.* nihilominus hæc agit tanquam Delegatus.

89. O' AGGRAVATI ALLE CHIESE

**SE PAROCHIALI.** Parochialis Ecclesia gravaretur in funere, si Regulares in eorum Ecclesiæ sepelirent Advenas, & Hospitantes in eorum Monasteriis, quoties non electa sepultura ibidem mori contingeret, quia hi sepeliri debent in Ecclesia Parochiali, Nicol. *lucubr. civit. lib. 4. tit. 15. de mort. infer. post nu. 24. vers. secus de aliis, & lucubr. can. lib. 5. tit. 38. num. 10. vers. multo adhuc minus*, Amostaz. *de caus. piis part. 2. lib. 6. cap. 8. num. 91. Sac. Congr. Episcop. in Comen. 4. Decembris 1699.* Non obstantibus privilegiis quia à Concilio revocata fuerunt, ut advertit Nicol. *loc. cit.* neque contraria consuetudine: nam consuetudo, quæ aufert ea quæ de jure communi debentur Parocho in sua Ecclesia debet esse quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, ut notabiliter respondit *Sacr. Congreg. Concilii in Feretrana 12. Julii 1642. lib. 17. Dec. pag. 64.*

90. Item gravaretur, si facta electione sepulturæ in Ecclesia quæ jus sepeliendi non habet, ut sunt Ecclesiæ Monialium, & Capuccinorum, vel in Ecclesia interdicta, aut in Basilica D. Petri de Urbe, in quo solum Summi Pontifices sepeliuntur, cadaver alibi, quam in Ecclesia Parochiali sepeliretur. Nam licet Genuen. *in prax. cap. 74. num. 5.* teneat, quod quando quis eligit sepulturam in Ecclesia, in qua ob aliquod impedimentum sepeliri non potest, spectet ad Episcopum, vel ejus Vicarium declarare in qua Ecclesia defunctus sit sepeliendus, & illum sequuntur Amostaz. *de caus. piis tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 12. Passerin. de stat. hom. tom. 2. quest. 187. art. 4. nu. 260.* at tamen hæc doctrina potest locum habere quando impedimentum est accidentale, & temporaneum, non autem ubi impedimentum est perpetuum, & provenit à jure, ut bene declarat Passerin. *loc. cit. d. nu. 260. vers. sed in simili:* quia tunc Episcopus jus sepulturæ, quod tali casu competit Parochiali, auferre non potest, & dar alteri cum præjudicio ejusdem, ut advertit Pirhing. *in jus caudib. 3. tit. 28. nu. 32.* & quod si Ecclesia in qua defunctus elegit sepulturam sit interdicta, debeat sepeliri in Parochiali, tenet Gavant. *in manual. Episcop. verb. sepultura num. 22.* & quod

ubi impedimentum est perpetuum, aut totale, electio sepulturæ in eo loco nullius valoris sit, & defunctus sepeliri debeat in ea Ecclesia in qua sepeliendus fuisset, si sepulturam in Ecclesia impedita non elegisset firmat Passerin. *loco citato dicto num. 260.* & quod electio sepulturæ sit libera, dummodò tamen fiat in Ecclesia, quæ habet de jure (ut est Parochialis) aut ex Privilegio jus sepeliendi dixit Rot. *coram Coccin. decis. 1213. num. 5.* & de Privilegio Basilicæ S. Petri testantur Amostaz. *d. n. 12.* & Passerin. *n. 259.*

91. Item gravaretur, si Pater alibi eligeret Sepulturam pro Filio impubere; quia hoc facere non potest, dummodò loci consuetudo non adsit, vel in vita ipsius filii non elegerit, ut habetur in *cap. 4. de sepultur. in 6. Samuel. de sepult. tract. 1. disput. 6. contrav. 1. concl. 3.* & 4. ubi innumeros colligit, & adest Decretum speciale Sac. Congreg. Concilii in Placentina in qua supplicatum fuit declarari -- *An Pater possit sepulturam eligere pro Filio impubere, si in loco non adsit talis consuetudo, imò contraria Synodalis Constitutio: & Sac. Eccl. die 27. Novemb. 1649. respondit -- Patrem si legitima consuetudo loci id non habeat, eligere non posse, lib. 19. Dec. pag. 8.*

92. Limitatur tamen hæc regula sive conclusio quoties impubes est tumulandus in sepulchro majorum, quia tunc Pater potest illud eligere tam ante, quam post mortem Filii, & electio est exequenda: quia in hoc casu electioni hujusmodi favet text. in *d. cap. 4. de sepult. in 6.* cujus verba sunt hæc -- *Licet Pater minores Filios, qui nequeunt antequam ad annos pubertatis perveniant eligere sepulturam possit (si consuetudo terræ id habeat) quo voluerit sepelire hoc tamen non potest, ubi consuetudo hujusmodi non habetur, sed sunt cum suis majoribus, vel in Parochiali Ecclesia tumulandi, dictio enim illa, vel, intelligitur, & exprimitur quando nullum adest sepulchrum majorum Amostaz. de caus. piis par. 2. lib. 6. cap. 8. nu. 30.* etiam si in Parochiali Ecclesia adest sepulchrum pro impuberibus separatam, & designatum, & hanc limitationem probavit dicta Congr. Concilii in *Novarien. fune-*  
rum,

rum, in qua propositis dubiis sequentibus, nempe.

- I. An Cadavera impuberum Oppidi Varalli debeant ex aliqua speciali consuetudine sepeliri in sepultura designata existente in Ecclesia Parochiali, vel potius licitum sit Parentibus tam ante, quam post mortem illorum pro eis sepulturam eligere, eaque tumulari facere in proprio sepulchro majorum in Ecclesia PP. Reformator. existente, & quatenus affirmativè quo ad secundam partem.
- II. An dicta Cadavera deferri possint ad dictum sepulchrum majorum absque associatione Parochorum, & Cleri Secularis, post eorum monitionem ad interveniendum funeri, & recusantium?
- III. An Parochis intervenientibus sive associatis, sive nov ab aliis Concanonicis ejusdem Parochiae distribui debeat candela major illa, quæ datur Superiori Regularium associato ab aliis Fratribus.
- IV. An dicta Cadavera deferri valeant ad Ecclesiam in quacumque hora diei, & an de nocte absque expressa licentia Ordinarii.
- V. An Parochi sub aliqua, & quacunque præensione possint disferre, vel impedire ne tempore debito Cadavera ad sepeliendum deferantur, & quatenus Negativè?
- VI. An Parochis impediens, licitum sit hæredi post expectatum triduum à morte defuncti ducere funus, etiam de nocte ad Ecclesiam in qua Cadaver est sepeliendum?
- VII. An Parochi cogere possint hæredes ad peragendum in Ecclesia Parochiali omnes functiones Missæ solemnæ accensis luminibus in singulis Altaribus, Anniversariorum, quæ fiunt in Ecclesia Reformatorū occasione funerum?
- VIII. An dicti Parochi possunt cogere

hæredes, ut celebrare faciant Missas pro defuncto singulis Sacerdotibus Secularibus funus associantibus?

- IX. An in præensa associatione Cadaverum sint per hæredè defuncti in æquali numero convocandi tot Sacerdotes Seculares, quos convocantur Fratres Reformati?
- X. An in casu de quo agitur Episcopus Novarien. habuerit jurisdictionem in supradictos Fratres Reformatos præensos delinquentes extrà Clausura, seu turbantes jura Parochorum?
- XI. An Interdictum, de quo agitur substeatur in casu?  
Die 15. Martii 1704. respondit prout infra.  
Ad 1. Negativè quo ad primam partem: Affirmativè quo ad secundam.  
Ad 2. Affirmativè.  
Ad 3. Negativè.  
Ad 4. Affirmativè de die, de nocte negativè, nisi de licentia Ordinarii.  
Ad 5. Negativè.  
Ad 6. Affirmativè, præterquam de nocte, ut supra.  
Ad reliqua Dubia Negativè sigillatim responsum fuit.

93. Vigor oppositionis Episcopi circa primum dubium nitebatur in regula supra firmata, quod cum Pater elegisset sepulturam filio impuberi post mortem in Ecclesia Reformatorum, fuisset invalida, cum in loco non adesset talis consuetudo: At cum regulæ obstaret privilegium sepulchri majorum, in quo facta erat electio, succubuit, quia tunc non eligit Pater, sed jus, quod mandat, ut pubes sive impubes non electa sepultura sepeliatur in sepulchro Majorum, ut in puncto tenet Amostaz. de caus. piis par. 2. d. cap. 8. ad nu. 30. Qui autem per scripturam, & cum juramento sepulturam in Parochiali elegisset, posset absque gravamine variare, & alibi eligere, nec indiget relaxatione juramenti Sacri. Congregat. Conci. in Arctiana 21. Martii 1692.

94. Et

94. Et ad ornatum 7. & 8. Dubii propositi in supradicta Cauſa Navarien. nota, quod hæres ad faciendas expenſas funeris compellitur officio Judicis etiam non adita hæreditate, ut probat Paſſerin. *de ſtat. hom. tom. 2. queſt. 187. art. 4. n. 464.* quæ expenſæ debent fieri ſecundum qualitatem, diuitias, & dignitatem deſuncti, ut tradit Joſeph Ludovic. *decif. Peruſin. 78. n. 15.* ubi plura ad materiam concernentia habet. Et in earum calculum veniunt expenſæ factæ in ultima infirmitate, veſtes lugubres, etiam famulorum, & familiæ inter perſonas, quibus non decet has prætermittere, Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 1. queſt. 17. nu. 24.* & 28. Samuel *de ſepul. tract. 1. diſp. 6. contr. 15. concl. 7.* Et quod eſt debitum tam privilegiatum, ut præferatur quibuscumque Creditoribus, & Uxorum Dotibus, etiam expreſſam hypothecam anteriorem habentibus, Gratian. *diſceptat. 94. an. 2. cum ſeqq.* Samuel. *ubi ſupra concl. 6.* Add. ad Greg. *dec. 421. num. 14.* Ricc. *collect. 483. cum aliis allegatis à Rot. decif. 576. nu. 20.* & 21. *coram Dumoz. Jun. Pacion. de locat. cap. 40. nu. 131.* ubi, quod creditor impenſæ funerum, præfertur locatori Domus pro penſione in inuectis, & illatis. Hoc totum intellige, dummodo expenſæ hujusmodi factæ ſint arbitrio boni viri pro facultatibus, & dignitate deſuncti; non autem de illis, quæ ſunt ad pompam, quod arbitrio Judicis judicandum erit, ut aduertit Samuel *loc. cit. concl. 5. & 7. & 14.* Dian. *part. 5. tract. 3. reſol. 116.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. q. 15. n. 11. ubi n. 8.* explicat, quæ expenſæ dicantur neceſſariæ, & privilegiatæ ut præferantur detractiõni legitimæ.

95. An autem expenſæ, quæ requiruntur pro manutentione ſepulchrorum communium, fieri debeant à Parocho, vel Parochianis, videtur dicendum, quod cum hoc reſpiciat utilitatem, & commodum populi, iſtius expenſis manuteneda ſint, & quod nunquam pro illis Parochus ſit gravandus, ut authoritate Salodii *de Viſit. cap. 24.* tenet Crispin. *de Viſit. part. 2. §. 13. num. 9.* Et de expenſis quæ occurrunt pro reparatione, & conſtructione Cæmeterii, quod propter eandem rationem utilitatis populi, incumbant Parochianis, etiam ſi Parochus ſit dives, tradunt Sperell. *dec. 68.*

Monacelli Form. Pars II.

num. 8. & Panimoll. *decif. 6. annotat. 8. n. 31* & *decif. 15. annot. 1. n. 44.* licet ad illius expurgationem ( ſi dives ſit ) teneatur ille penes quem reſidet Cura Animarum, & emolumenta funeralia percipit, & in ſubſidium Populus, ut declaravit S. Congr. Concilii in Foſſanen. 19. Septembr. 1637. quam refert Nicol. in *ſoſc. verb. Cæmeterium num. 4.*

96. Cæmeterium eſt recubitorium, ſeu dormitorium mortuorum, qui ab Eccleſia dormientes dicuntur Jo. 11. *Theſ. 4.* quia ibi dormiunt quouſque Tuba canet -- *ſurgite mortui venite ad iudicium.* Dicitur autem Cæmeterium quaſi Cinifterium quia ibi cineres, & oſſa mortuorum teguntur, & reponuntur, quando à ſepulchris extrahuntur, hocque appellativum, originem ducit à Cimicibus, & quaſi quod ibi Cimices, ideſt vermes continui ſint. Eſt locus ſacer, & religioſus, & gaudet immunitate Eccleſiæ *c. immunitatem de immunit. Eccleſiarum* dummodò tamen authoritate Epifcopi ad ſepellendum mortuos fuerit deputatus, & benedictus, ut docet Sperell. *dec. 62. num. 13.* quem ſequitur Pignatell. *conſult. 40. n. 9. tom. 6.* & ſigna Cemeterii retineat, ideſt, quod adſit Crux elevata, & vas aquæ luſtralis, muroque, vel ſepe circumdatum ſit.

97. **M A S I O S S E R V I N O G L I**  
**S T A T U T I S I N O D A L I.** Ad removendas diſſenſiones, jurgia, & inconvenientia, quæ ſæpè in Clero, occasione exequiarum, & funerum cum populi ſcandalo oriuntur, in Synodo datur forma ſervanda tam circa quantitatem quartæ Parocho debita, quam Eleemoſinæ per hæredes deſunctorum ſolvendæ Clericis aſſociantibus, nec non candelarum numerum, & diſtributionem, inceſſum, humationem, & perſonarum interventionem; & locum juxta cuiuslibet loci laudabilem conſuetudinem. Non enim funerum taxa, aut perſonarum aſſociantium numerus eſt relinquenda, ſeu relinquendus arbitrio Parochorum, vel Capituli Cathedralis, nam his talis facultas non tribuitur, non obſtante ſolito, ut reſpondit *Sacr. Congregat. Concilii in Matberanen. loci Grotulle* in qua propoſitis Dubiis. *Primò an aſſenta Conſuetudine, cujus vigore Capitulum expenſas funerum*

C

pro ratione personarum defunctorum taxare solet, sit locus certam, ac perpetuam taxam pro funeribus quibuscumque praescribendi.

Secundò an Capitulum quamvis non vocatum possit invitis hæredibus, lucrandi stipendii causa funeribus interesse? Die 13. Novembris 1660. Sac. Congreg. secundum ea, quæ narrantur censuit. Ad primum non licere Capitulo taxam ad suum libitum facere, & Archiepiscopo injungendum ut ipse auditis partibus taxam conficiat, eamque S. Congr. probandam transmittat. Ad secundum Censuit non posse.

Quam declarationem confirmavit in Lavellen. in qua cum Communitas instisset, ut prohiberetur Capitulo, & Episcopo intervenire funeralibus invitis hæredibus, & decerneretur, quod taxa non penderet ab ipsorum arbitrio.

Die 16. Junii 1668. Sac. Congr. Audita relatione Episcopi Lavellen. inherendo declarationi ejusdem Sac. Congr. in Mathevanen. sub die 13. Nov. 1660. emanata, censuit non posse funeralibus invitis hæredibus interesse, nec licere taxam ad suum libitum facere, sed eidem Episcopo injungendum, prout injungit, ut auditis partibus taxam conficiat, eamque Sac. Congr. probandam transmittat.

98 Hæc autem Statuta dixi tom. primo tit. 5. annotat. ad form. 3. num. 10. debent fieri cum consilio Capituli, quod exigi-

tur pro forma, aliàs eo neglecto, non habent vim Constitutionum Synodaliùm, sed reputantur tanquam provisiones Episcopi temporaneæ, ut in terminis tenet Card. de Luc. de jurisd. dist. 56. nu. 1. 2. 3. 4. & 5. & ideò tanquam nullæ, indigent sanatione, ut præter Decreta, & auctoritates ibi, & mox allegata, declaravit Sac. Congreg. Concilii in una Sancti Miniati 4. Decemb. 1638. in qua sic respondit -- S. D. N. audita Sententia Sac. Congregat. Concilii benignè ex gratia confirmavit Synodum Diocesanam ultimo loco per Episcopum S. Miniati celebratam, etiamsi in ipsa Synodo Capituli consilium non fuerit requisitum, lib. 16. Decembr. pag. 171.

99 Quomodo autem consilium sit requirendum vide ibi, & quatenus Canonici, & alii de capitulo renuerunt ad Synodum accedere, possent ab Episcopo per Censuras cogi Sac. Congr. Concilii in Oriolen. 27. Martii 1632. ad 19. lib. 14. fol. 599. sicuti, & cæteri Clerici, & Sacerdotes non Beneficiati, quando in Synodo est agendum de reformatione morum, vel de re totum Clericum concernente ead. Cong. in Juvenacen. 3. Decemb. 1639. lib. 16. Dec. pag. 288. & in Eugubina 13. August. 1650. lib. 19. pag. 71. hi tamen non admittuntur ad ferendum Votum pro confirmatione Judicium, & Examinatorum Synodaliùm ead. Congr. in Savonen. 29. Febr. 1628. lib. 13. pag. 299. ad 3.

# D E C R E T U M

## SACRÆ CONGREGATIONIS

### C O N C I L I I,

Circa communicationem quotidianam.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Abusus tractandi Divina Mystera in locis non sacris.
- 2 Episcopi habent de jure privilegium Oratorii privati, etiamsi sint solum Episcopi titulares.
- 3 Oratorium Episcoporum habet privile-

gium Oratorii publici, & qui audit in eo missam satisfacit præcepto Ecclesie de audienda missa diebus festis. Episcopi omnes, quò ad hoc privilegium sunt ejusdem meriti. ibi.

- 3 Regulares in eorum Grantiis Oratorium privatum habere non possunt, nec alibi.

4 Signa

- 4 Signa accedentium digne ad recipiendam Eucharistiam referuntur.
- 5 Coniugati antequam accedant ad Eucharistiam debent ex consilio abstinere ab operibus carnis, saltem per diem ante.
- 6 In Sacramento Eucharistiae sunt aliqua mirabilia, & difficilia, & quae sint enumerantur.
- 7 Eulogia quid sit declaratur.
- 8 Christus refecit fideles suos quinque panibus, & qui sint isti panes ostenditur?
- 9 Sacramentum Eucharistiae, quibus de causis fuerit institutum demonstratur.
- 10 Veneratio publica Eucharistiae quando initium cepit enarratur.
- 11 Innocent. XII. auxit in Urbe venerationem Eucharistiae, & Clem. XI. ritum servandum in expositione praescripsit.
- 12 Associates Eucharistiam gaudet immunitate Ecclesiae.
- 13 Regularis Sacerdos audiens confessiones Sacramentales absque Episcopi approbatione, potest puniri censuris.
- 14 Confessarii Monialium à solo Episcopo approbantur.
- Confessarii monialium transacto triennio, non possunt amplius Confessiones in eodem Monasterio audire. ibi.
- Etiam si Moniales sint Regularibus subjectae. ibi.
- 15 Confessarii non debent absolvere poenitentes cum quibus participant in opere carnali, neque quò ad hos debent ab Episcopo approbari.
- 16 Episcopi non debent prohibere Regularibus habentibus privilegia Apostolica, nè ministrent Sacramentum Confessionis à Dominica Palmarum, usque ad Dominicam in albis, sed solum quod non ministrent secularibus Eucharistiae Sacramentum in die Paschatis.
- 17 Non accedentes ad sumendam Eucharistiam, tempore ab Ecclesia statuto, quibus poenis possint ab Episcopo puniri, ex Decreto S. Congreg. Concilii ostenditur.
- 18 Debitores locorum piorum, non cadunt sub casuum reservatione.
- 19 Poenitentarii Cathedralium non absolunt à reservatis Episcopo, neque dispensant in esu carnium, neque aliis delegant facultatem à censuris absolvendi non audita integra confessione.
- 20 Regulares non habentes requisita Clementinae Dudum de sepulturis possunt rejici ab audiendis Confessionibus.

Cum ad aures SS. D.N. fide dignorum testimonio pervenerit in quibusdam Diocesis vigere usum quotidianae communionis, etiam in feria sexta parasceve, & simul affirmari, eandem quotidianam communionem praecipiam esse à jure Divino, quin etiam in illius administratione aliquos abusus inolevisse, videlicet quod aliqui, non in Ecclesia, sed in privatis Oratoriis, & Domi, imò cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis nota, sumant Sacrosanctam Eucharistiam, quam argentea theca inclusa in crumena, aut secreto illis deferunt Sacerdotes Saeculares, aut Regulares, alique in Communionem accipiant plures formas, ac Particulas, vel grandiores solito, ac tandem quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Cum autem haec Sanctissimus consideranda commiserit Sac. Congr. Cardinal. Concilii Interpretum, eadem Sac. Congregatio previa matura discussione super praedictis unanimi sententia ita censuit: Etsi frequens quotidianusque Sacrosanctae Eucharistiae usus à SS. Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen, aut saepius illam percipiendi, aut ab ea abstinendi certis

singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, quos nec Concilium Tridentinum præscripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum reputaret, nihil præcipiens, quid cuperet, tantum indicavit cum inquit. *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis missis fideles adstantes Sacramentali Eucharistiæ perceptione communicarent*: idque non immerito; multiplices enim sunt conscientiarum recessus, variae ob negotia spiritus alienationes, multæ è contrà gratiæ, & Dei dona Parvulis concessa, quæ cum humanis oculis scrutari non possint, nihil certi de cuiusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori, aut quotidiano Vitalis Panis esu potest constitui, & propterea, quod ad negotiores ipsos attinet, frequens ad Sacram alimoniam percipiendam accessus, *Confessariorum secreta cordis explorantium* iudicio est relinquendus, quis ex conscientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem processu laicis negotiatoribus, & conjugatis quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis præscribere debebunt. *In Conjugatis* autem hoc amplius animadvertant, cum B. Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos seriò admoneant, tantò magis ob Sacratissimæ Eucharistiæ reverentiam continentiae vacandum, puriorque mente ad Cælestium æpularum communionem esse conveniendum; In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidiana Sacræ Communionis sumptione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur, sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet, illudque omninò provideat, ut nemo a Sacro Convivio, seu frequente, seu quotidie accesserit repellatur, & nihilominus det operam, ut unusquisque dignè pro devotionis, & præparationis modo rarius, aut crebrius Domini corporis suavitate degulset; Itidem Moniales quotidie Sacram Communionem petentes, admonendæ erunt, ut in diebus ex earum ordinis instituto perstitutis communicent; si quæ verò puritate mentis eniteant, & fervore spiritus ita incaluerint, ut dignè frequentiori, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint id illis à Superioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum, & Confessariorum diligentiam opera quoque Concionatorum uti, & cum eis constitutum habere ut cum fideles ad Sanctissimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accesserint, statim ad illud sumendum de magna præparatione orationem habeant, generatimque ostendant eos, qui ad frequentiore, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere sive laici Negotiatores sint, sive Conjugati, sive quicumque alii suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini iudicii formidine discant cælestem mensam, *in qua Christus est revereri*, & si quando se minus paratos senserint, *ab eo abstinere*, seque ad majorem præparationem accingere. Episcopi autem in quorum Diœcesibus viget huiusmodi devotio erga Sanctiss. Sacramentum, pro illa gratis Deo agant, eamque ipsi adhibito prudentiæ, & iudicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio postulari sibi maximè persuadebunt, nulli labori, aut diligentiae parcendum, ut omnis irriverentiæ, & scandali suspicio in veri

in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque ac dona in sumentibus augeantur. Quod abundè continget, si ii qui devoto hujusmodi studio Divina præstante gratia tenetur, seque Sacratissimo pane frequentius refici cupiunt suas vires expendere sequere probare cum timore, & charitate assueverint: quibus Christum Dominum qui se fidelibus manducandum, & se pretium in morte tradidit, atque in Celesti Regno in præmium est daturus, precatur Sac. Congr. ut suam opem ad dignam præparationem, & sumptionem largiatur.

Porro Episcopi, & Parochi, seu Confessarii, redarguant asserentes Communionem quotidianam esse de jure Divino; doceant in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis ex dispensatione seu Privilegio Pontificis de manu Sacerdotis sumendam Sanctissimam Eucharistiam; nec eam ullo modo deferendam in Crumena, aut secretò ad existentes Domi, vel cubantes in lecto præterquam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valent, & ad eos si ab Ecclesia deferatur publicè, & cum pompa juxtà formam Ritualis Romani; si verò ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam ut circa communionem in feria sexta Parasceve, Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus serventur. Insuper admoneant, nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas. Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo aut Ordinario; Si Parochi, & Confessarii, etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes fecerint egerint, sciant Deo Opt. Max. rationem reddituros esse, neque de futuram Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contrafacientes etiam Regulares, etiam Societatis Iesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa. Et facta de præmissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione Sanctitas sua approbavit, ac præsens decretum Typis mandari, ac publicari volumus.

Datum Romæ 12. Febr. 1679.

F. Card. Columna Præf.

S. Archiep. Brancaccius Episc. Viterbien. Secr.

ADNOTATIONES.

1. SED IN PRIVATIS ORATORIIS: Id est in quibus per Indultum Apostolicum, vel per privilegium in corpore juris clausum, sacrum celebratur, & per hominum excessivum præsumptionem Mysteria Divina tanquam in Ecclesia, peragere, & in locis Deo non dicatis sacra indecenter, & humana nimia familiaritate tractare non pavefcunt, quorum abusus, licet pluries Sac. Congr. Concilii non Monacelli Form. Pars II.

solum presenti, sed aliis generalibus Decretis eliminare curaverit, adhuc tamen modernis temporibus denuò majores irrepsent, prout notatum fuit in Form. Edicti de Divin. Off. & Celebr. Missar.

2. Oratorium hoc privatum habent Episcopi vigore c. fin. de priv. in 6. quod nec per Concilium, nec per Decretum Pauli V. de anno 1615. emanatum derogatum fuit. Imò habet Oratorium istud privilegium Oratorii publici; nam interessentes etiam si extranei sint quando Episcopi ini-

bi celebrant, tam in Diocesi, quam extra satisfaciunt præcepto Ecclesiæ de audienda Missa diebus festivis, ut respondit *Sacr. Congr. Conc. 22. Sept. 1640. in Nullius libr. 16. Dec. pag. 421. & præcedenter 17. Augusti 1630. Provinciæ Lombardiæ lib. 14. Decal. pag. 317. in Matheranen. 6. Aug. 1616. lib. 37. pag. 147.* Etiam si sit Episcopus titularis ead. *Congr. in Valentina 1616.* quia ut inquit Divus Hieronymus. scribens Evagrius -- ubicunque fuerit Episcopus sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandria, sive Tanis: eiusdem meriti, eiusdem est, & Sacerdotii. Verum est tamen, quod hoc privilegio, uti non possunt extra Domum propriæ habitationis, ut ad tollendos abusus declaravit eadem *Sacr. Congr. 15. Decembr. 1703.* quod Decretum Typis impressum, & publicatum SS. D. N. Clem. XI. approbavit.

3. Regulares autem in suis Grantiis Oratoria hæc privata habere, nec ibidem celebrare non possunt, ut declaravit *dict. Congr. 1. Martii 1685.* Neque suffragatur privilegium Cruciatæ celebrandi in Altari portatili, quia cadit sub revocatione Decreti Pauli V. ut respondit *Sacr. Congregat. Concilii in Calarivana 14. Novembr. 1648. ad 4.* At non solum in Grantiis non possunt Regulares quicunque sint uti privilegio Altaris portatilis vigore *cap. his de privileg. sed nullibi, quia hoc privilegium Concilium Tridentinum abstulit ut declaravit Congr. Concilii sub dict. die 15. Decembris 1703.*

4. **CONFESSARIORUM SECRETA CORDIUM EXPLORANTIUM.** Per hanc clausulam datur intelligi, quod Confessarii non solum debent auscultare pœnitentium peccata, sed tenentur explorare intima cordium, ut possint agnoscere an sint dispositi ad dignè recipiendam quotidie Eucharistiam, & Primò si pœnitens habeat dolorem de peccatis præteritis, & firmum propositum non peccandi de cætero, bonam voluntatem Deo serviendi, & paratus sit satisfacere. Secundò si sit promptus, & diligens ad opera bona, & non piger, quia amor Dei non est otiosus, & si operari renuit amor non est. Tertiò si verbum Dei libenter, & delectabiliter audit, quia Deus est ci-

bus animæ, & qui ex Deo est verba Dei audit. Quartò si sitis temporalium rerum diminuta sit, & contentetur in his, quæ Deus sibi administrat, nihilque contra Dei mandata habere desiderat, & confidit in Deo, quod sibi necessaria providebit, si ei fideliter serviat: gratia enim Dei extinguit sitim temporalium rerum. Quintò si ex corde parcat laboribus, adeo ut nullam habeat amaritudinem contra proximum, & paratus sit satisfacere proximis, quos ipse læsit, vel si adversitas aliqua occurreret patienter vellet ferre. Sextò si cum humilitate, reverentia, & timore accedat cum memoria ad passionem Christi. Per hæc inquam Confessarius cognoscere poterit an pœnitens digne accedat quotidie nec ne; & quanto plura de his signis invenerit concurrere, tanto majorem dispositionem eum habere credat.

5. **IN CONJUGATIS.** Conjugati monendi sunt, ut abstineant ab operibus carnis, antequam accedant ad mensam. Eucharisticam saltem per diem ante *cap. sciatis 33. quæst. 4. cap. omnis homo de consecr. dist. 2. Conc. Mediol. 1. part. 2. tit. quæ per. ad Sacr. Eucharist. quod eis facile erit: cum enim Matrimonium sit novæ legis Sacramentum (& omne Sacramentum det gratiam, & speciale aliquod, quo homo indiget, ad iudicium) iis, qui recta intentione ad sobolis procreationem Sacramentum hoc recipiunt, gratiam largitur Christus contra concupiscentiam carnalem, qua Anima sublevatur à corruptione, & nimio libidinis ardore, ut sit ibi copula utilis; adeo ut homo aliàs luxuriosus, qui in coitu quærit concupiscentiæ satisfacere, magis cognoscat uxorem gratia sobolis (ad quod Matrimonium est institutum) quam libidinis. Unde abstinere per unum, & plures dies non erit difficile: quod tamen non est de præcepto, sed de consilio ob reverentiam debitam tanto Sacramento.*

6. **IN QUÆ CHRISTUS EST.** In hoc Sacramento Eucharistiæ sunt aliqua difficilia, & mirabilia, & Primò propter naturalem concomitantiam sub utraque specie panis, & vini, est totus Christus, scilicet secundum Corpus, & Animam, & Divinitatem, & sic laici sumunt Christum veraciter sub una specie. Sa-

Sacerdos in Missa sub utraque. Secundo quod panis; & vinum virtute verborum consecrationis trans substantiantur in verum Corpus, & Sanguinem Christi, quia illa verba operantur virtute Dei: nam Deo sunt omnia possibile, quod patet in hoc. *Creavit Adam de limo terre, & Aerum de costa Adæ, Assumpsit humanitatem. Aquam in rubrum vinum mutavit.* Si ergo tanta vis est in sermone Domini, ut inciperent esse, quæ non erant, quanto magis operativus erit, ut quæ erant in aliud commutentur. Tertio, quod unum, & idem corpus, est simul in diversis locis, & altaribus, exemplo, sicut unum verbum numero uno ore prolatum, & in aere multiplicatum, plures astantium aures mentesque dixerat; ita, & unum Christi Corpus numero Deitati conjunctum multis locis eodem tempore potest haberi, & multa Christianorum corda, & ora subingredi, & in Cælo remanere; Nam licet ex natura corporali, & circumscriptibili sit uno dumtaxat in loco, tamen in pluribus locis est virtuali potentia, & spiritali modo: Tanta enim est unio Divinitatis, & carnis, quæ tota Divina, & gloriosa facta est, ut ex plenitudine Divinitatis (quæ teste Apostolo, corporaliter ibi habitat) illud corpus licet in uno loco corporaliter, naturaliter, in pluribus tamen est divina, & spiritali virtute: ita, quod Divinitas est retribuit ineffabiliter corpori suo, ut ex unionis virtute, & in uno homine sit verbum, & in pluribus locis, sit illius corporis, & sanguinis incomprehensibile Sacramentum. Quarto, quod Christus tam magnus sicut in Cruce pependit est sub parva specie panis, cujus exemplum habemus in pupilla oculi ubi videmus, quod unus mons totus, magna Ecclesia, amplissima Civitas, integra ingreditur pupillam oculi nostri, qui est instar puncti indivisibilis; si ergo ista facit natura, nonne Deus pius natura potest? Et cum Corpus Christi magis sit spirituale, quam quælibet imago rei corporeæ, quæ per pupillam intrat, non mirum sit possit totum simul in puncto, & sine sui diminutione sub brevissimis hostiæ particulis contineri, & cum sit corpus glorificatum, & spirituale factum non occupat locum, & ideo po-

test sine pondere, sine longitudine, sine profunditate totum integrum corpus in uno indivisibili puncto verissime contineri. Quinto quod quotidie à fidelibus manducatur, & non minuitur, cujus habemus exemplum, vel aliqualem similitudinem in lumine uno, ex quo licet mille lumina accendantur nihil tamen sibi deperdit. Sexto, quod Corpus Christi totum est integraliter tam in parva hostia sicut in magna, imò in qualibet particula hostiæ, cujus exemplum habemus in speculo, quod si frangatur in qualibet particula tota imago hominis est, quæ prius apparebat in toto. Porro sicut substantia panis in se considerata non est nec longa, nec lata, nec perceptibilis sensu, nec locum occupat, & ubicunque est panis forma, illuc tota panis substantia, nec plus substantiæ continent magna forma, quam parva; ita, & Corpus Christi non est nec quale, nec quantum. Item sicuti una, & eadem dictio, sive illa magnis, sive parvis literis descripta sit, seu in multas, seu paucas redacta syllabas, semper idem significat; ita conformiter, nec parva, nec magna forma panis, aliquid variat in Corpore Christi, tantumde enim in parva continetur hostia, sicut in magna.

7. *AB EA ABSTINERE.* Exemplo Christianorum primitivæ Ecclesiæ, quibus, quando dispositi non erant ad sumendam Eucharistiam, dabatur, Eulogia, quæ secundum aliquos erat panis benedictus à Pontifice, qui servabatur in vasis Ecclesiæ mundis fragmentatus, & distribuebatur Parochis, ut darent fidelibus, qui non poterant communicari, vel volebant, ad significandum quod recipientes diebus festis Eulogiam, erant in fide, & charitate cum Ecclesia vinculati, & sic Eulogia erat symbolum unionis. Cardinalis autem Bona in tractat. rer. liturgic. lib. 1. cap. 23. §. 12. lib. 2. c. 19. §. 7. dicit, quod Eulogia in antiqua Ecclesia erat ille panis dissectus ab alia parte, quæ erat destinata ad sacrificium, & in fine Missæ iis, qui communicari non poterant, aut volebant, aut parati non fuerant distribuebatur, quia Altari oblata erant, & ex illis sumebantur partes, ut omnes de divinis donis participarent. Hodie autem quia Eulogis non utimur, Confessarii debent con-

fulere non bene dispositi, ut communicent se spiritualiter, hoc est attentè, & devotè Sacrificio Missæ assistendo, ut inde dignam præparationem lucrari valeant.

8. *SE QUE SACRATISSIMO PANE*. Sicuti Salvator noster quinque panibus satiavit turbas: ita de quinque panibus nos reficit spiritualiter, & corporaliter. Primus panis est materialis, quem quotidie in Oratione Dominicali una simul cum pane spirituali Verbi Dei petimus, & hunc debemus pauperibus, vel indigentibus Communicare, si volumus Deo placere, cum dicat -- *frange esurienti panem tuum*. Isa. 56. Secundus panis est panis penitentialis, de quo dicitur in *Psal. 76. Cibabis nos pane lacrymarum*, qui necessarius est peccatoribus, ut per eum resumant vires gratiæ Dei. Tertius est panis Verbi Dei, de quo pane reficitur Anima sicut corpus de pane materiali, *Matth. 4. Non in solo pane vivit homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei*. Quartus est panis sacramentalis, de quo loquitur hoc Decretum, *ego sum panis vivus, qui de Cælo descendit*, isto pane Anima reficitur, & confortatur, ne deficiat in via. Quintus est panis Cœlestis, quem Sancti manducant in mensa Christi, de quo loquitur *Lucas 22. Ego dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo*, id est beatificam visionem.

9. *QUI SE FIDELIBUS MANDUCANDUM TRADIDIT*. Hoc sacramentum fuit à Christo Domino institutum: Primò in medicamentum nostræ infirmitatis, sicut ipse dixit -- *Qui manducat me, ipse vivet propter me* Joan. 6. Secundò ut nobis suam charitatem ostenderet, *Angelorum esca nutriti populum tuum*. Sap. 16. Tertio ut habeamus quid offeramus Deo Patri, *non sacrificium Vitulorum, sed Corpus Christi filii Dei*. Quarto ut memoriam passionis ejus habeamus. *Luc. 22. Quintò in pignus nostræ beatitudinis, ubi cum tunc revelata facie videbimus, quem jam sub specie panis sumimus*. Sextò ad hoc ut figure adimplerentur, quibus jam in veteri lege præfiguratum fuerat: id est in oblatione Melchisedech, quantum ad substantiam oblationis, qui panem, &

vinum obtulet, *erat enim Sacerdos Dei*. Gen. 14. Hebr. 7. In Agno Paschali, quantum ad victimam oblationis, quia verus Agnus id est, *Christus pro nobis in Cruce immolatus est*. Joann. 1. Et in Manna cuius sapor convertebatur ad omnem cibum desideratum à comedente, & ideo dicimus *panem de Cælo dedisti eis omne delectamentum in se habentem*. Sap. 16. Septimò instituit illud nobis in viaticum, *ut per illius confortationem illuc venire possimus, ubi cum eo æternaliter regnabimus*. Et tandem cibus iste Eucharisticus est totius hilaritatis fons, & omnium gaudiorum plenitudo.

10. *DEFERATUR PUBLICÈ, ET CUM POMPA*. Solemnitas qua capite publicè, & cum pompa venerari sanctissima Eucharistia, originem habuit in Ecclesia Sancti Martini Civitatis Leodii, id pie, & religiosè promoventibus Sanctis Virginibus Juliana, & Æva apud Urbanum IV. qui datis litteris ad Ævam cum laude hujus introductionis, festivitatem postea (quam eadem Virgines exposulaverant) Corporis Christi solemnè Decreto in Ecclesia Universali (miraculo jam evulgato Ecclesiæ Sanctæ Christinæ Bolsennæ) instituit. Patent hæc ex actis *Bollandi tom. 1. ad mensem Aprilis pag. 459. 462. 465. & 477.* & recognita, ac examinata in *Sac. Congreg. Rituum sub die 10. Junii 1700.* concessum fuit Indultum Capitulo Collegiatæ d. Ecclesiæ S. Martini, ut posset in qualibet Feria Quinta non impedita officio novem lectionum, & jejuniorum, recitare officium Sacramenti.

11. Hanc piissimam institutionem, & Eucharistiæ venerationem Exemplariter auxit nostro ævo in Urbe Innoc. XII. qui in omnibus Ecclesiis Parochialibus erigit (ubi erectæ non reperiebantur) curavit Societates hujus divinisissimi Sacramenti; eisque datis statutis, & auctis Indulgentiis, ad Infirmos cum pompa, & solemnitate majori, quam antea, illud deferri præscripsit. Et deinde Sanctissimus D. N. Clemens XI. pietatem suorum prædecessorum Pontificum æmulando, ritum in publica hujus Ven. Sacramenti expositione servandum, & cultum præstandum Ec-

Ecclesiarum Rectores docuit Edicto: quod cum cæteris locis, & Civitatibus pro instructione mirificè conferat, dabitur subnexum.

12. Et autem tam dignum hoc Sacramentum, ut illud associans gaudeat immunitate Ecclesiæ, Dian. oper. moral. tom. 1. de immunit. Eccles. resol. 28. Sac. Congreg. Immunit. in Beneventana 30. Septembris 1636. lib. 3. Dec. Paul. fol. 14. Gavant. manual. Episc. verb. immunitas in addit. n. 7. Guazzin. jun. ad defenf. anim. lib. 2. def. 1. cap. 14. n. 81. & 84.

13. SACERDOTI NON APPROBATO. Regularis Sacerdos, qui absque prævia Episcopi approbatione confessiones personarum secularium audire posset etiam pœnis censurarum puniri, ut declaravit Sac. Congr. Concilii in Neapolitana 14. Aprilis 1646. lib. 18. Dec. pag. 73.

14. Confessarius Monialium non censetur approbatus, si fuit deputatus à laicis sub prætextu Jurispatronatus, aut alterius privilegii, etiam si sit unus ex approbatis pro cæteris secularibus Diœcesis: nam solus ille admittitur, quem Episcopus specialiter deputat Sac. Congr. Episc. Nuncio Florentiæ pro Monialibus S. Michaelis Piscie 22. Maii 1615. & Sac. Cong. Conc. in Januen. 15. Novembr. 1653. lib. 19. Dec. pag. 283. Et si fuerit ab Episcopo approbatus, transacto triennio non potest amplius confessiones in eodem Monasterio audire per aliud tempus sine licentia Sacræ Congregationis, alias declaratur suspensus, prout mandant Decreta relata à Nicolio in Flosc. verb. Confessarius n. 36. & à Pignatell. consult. 85. n. 238. tom. 6. Barbof. collect. decis. Apostol. verb. Confessarius Monialium n. 5. Lantusch. Teatr. reg. ver. Confessarius n. 13. ubi quod procedit, & servandum est, etiam circa Confessarios Monialium Regularibus subiectarum, & Decretum refert. Barb. de jur. Eccl. lib. 1. c. 44. n. 124. & sequitur Tamb. de jur. Abbat. disp. 16. q. 1. n. 3.

15. Item non debet approbari Confessarius pro illis, qui cum ipso participant in opere carnali, vel maleficio, aut abortu, ne confessiones sine erubescencia (quæ partem habet remissionis) fiant: ideoque in approbatione interdicenda est eis ab

Episcopo talis facultas non sub pœna censurarum, sed deficientiæ jurisdictionis. Nam si Episcopus hoc Confessariis prohiberet sub pœna suspensionis, aut excommunicationis, ipso facto incurrendæ, quia agitur de crimine occulto absolutiōis Sacramentalis, quod probari non potest per testes, & Confessarius non tenetur se ipsum prodere, suspensio, siue excommunicatio incurra esset semper occulta in laqueum ipsiusmet delinquentis, qui (ne famam amittat) facile sic innodatus celebraret, & fieret irregularis: hos autem conscientiæ laqueos Congreg. Concilii abhorret, neque facile permittit, imo similia Decreta à Synodibus deleri mandat, ut accidit in Cusentina Synodi 2. Decembris 1679. ad 2. Non enim Confessarius propter hoc delictum est deponendus ab ordine, nisi ad notitiam populi devenisset, cap. non debet 30. qu. 1. ibique glos. Auferenda est igitur eis facultas absolvendi filias Spirituales, vel quascumque alias personas, criminis carnalis, sortilegii, & procurationis abortus socias, sub pœnis à jure statutis juxta Decretum Synodi Farfensis in tit. de pœnis num. 8. non quia sit casus reservatus (quia reservatio non afficit penitentes) sed quia Confessarius quoad criminis Socios, non sit approbatus, & non habeat jurisdictionem delegatam eos absolvendi, Gavant. in manual. Episc. verb. Confessarius n. 51.

16. advertant præterea Episcopi, quod licet possint Edicto præcipere, ut Christi fideles tempore Paschati confiteantur proprio Parocho, & qui noluerint teneantur saltem licentiam petere, vel ab ipso Ordinario, vel ab eodem Parocho, ut declaravit Congreg. Concil. in Melphien. 1. Decembris 1635. lib. 15. Dec. pag. 384. ex cap. 5. sess. 14. de Sacram. pœnit. non tamen possunt Regularibus habentibus privilegia Apostolica prohibere ne à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive ministrarent personis sæcularibus Sacramentum Confessionis, sed solum prohibere, ut personis secularibus in die Paschatis non ministrarent Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum, etiam si dictæ personæ seculares in alia die satisfecerint præ-

præcepto, ut respondit *Sac. Concilii Congreg. in Burdegal. 9. Jun. 1544.* quam declarationem extra demandavit PP. Societ. Jesu in *Senonen. 11. Junii 1650.* Ex qua declaratione duo emergunt; unum quod laici, qui tempore Paschali de manibus Regularium Eucharistiam recipiunt, præcepto Ecclesiæ hac de re edito non satisfaciunt, sed tenentur illam à proprio Parocho suscipere: alterum eosdem laicos non posse in die Paschatis de manu Regularium Sanctissimam communionem accipere, etiamsi alia die satisfecerint præcepto, eadem *Congregatio Concilii 21. Maii 1627. & in Indiarum 18. Martii 1634. lib. 15. Dec. pag. 42. & iterum in Mechlinien. 31. Januarii 1682.*

17. Iis autem, qui tempore ab Ecclesia statuto ad confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta sumenda non accedunt, potest Episcopus pœnas pecuniarias, & etiam excommunicationis injungere, ut declaravit *Sac. Congr. Concilii*, nam olim propositis in ea dubiis.

- I. *An Episcopus adversus eos, temporibus ab Ecclesia statuti ad Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta negligunt accedere, & pœnas cap. omnes utriusque sexus de pœn. & remis. contemnuunt, possit etiam ad excommunicationem procedere.*
- II. *An pro satisfactione, pœnas pecuniarias pro loco applicandas injungere?*
- III. *An expediat talium absolutionem sibi reservare? die 28. Januarii 1587. Sac. Congregat. Ad Primum censuit licere, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ex rationabili causa communitio ad tempus dilata fuerit. Ad Secundum posse injungi eleemosynas alicui pro loco applicandas pro hujusmodi excommunicatorum emendatione. Ad Tertium non expedire lib. 18. Dec. pag. 604.*

18. Nec tamen in approbatione Confessariorum, debet sibi reservare absolutionem eorum, qui non solvunt lo-

cis piis id, quod ratione administrationis, vel alia de causa debent: quia hi remediis juris cogendi sunt prout etiam eadem *Congreg. Concilii* declaravit in *Castren. 3. Februar. 1635. lib. 15. Dec. pag. 164.*

19. Pœnitentiarii vero Ecclesiarum Cathedralium, licet eo ipso, quod sunt in Præbenda Pœnitentiali instituti, censentur absque alia approbatione Episcopi approbati ad Confessiones audiendas omnium Diœcesanorum, ut dixi tom. 1. tit. 2. annotat. ad form. 6. numer. 28. Nihilominus, non possunt à casibus Episcopo reservatis absolvere, neque in esu ciborum dispensare absque speciali Episcopi delegatione: nec alteri propriam facultatem delegare, seu à censuris, & casibus reservatis sibi concessis absolvere, non audita integra pœnitentis Confessione, ut respondit *Sac. Congregat. Concilii in Dertbonen. 6. Julii 1647.* Et enim propositis dict. die dubiis.

- I. *An Canonicus Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis possit absolvere à censuris, & a casibus tam à jure Episcopo reservatis, quam ab illis, quos Episcopus sibi reservavit.*
- II. *An Pœnitentiarius dispensare possit tempore Quadragesimæ super esu ciborum prohibitorum cum infirmis, & cum aliis habentibus attestationem Medicorum, absque speciali delegatione ab Episcopo concedenda.*
- III. *An Pœnitentiarius facultatem, quam habet absolvendi pœnitentes à casibus concessis, possit alteri Confessario delegare, qui absolvat prout idem Pœnitentiarius.*
- IV. *An Pœnitentiarius possit absolvere pœnitentes à censuris, & casibus reservatis sibi concessis non audita integra Confessione Sacramentali, sed tantummodo ab ipsis casibus reservatis, & pro aliis pœnitentes remittere ad alium Confessarium.*

*Sacra &c. ad supradicta dubia respondit negativè in omnibus lib. 18. Dec. pag.*

349. & concordat Barbof. de Offic. Episc. allegat. 55. numer. 22. & seqq. Gallimart. collect. in Concil. session. 24. cap. 8. num. 5.

20. Ulterius non sine iusta causa ab audiendis confessionibus rejiceretur ii Regulares, qui in eorum Superiorum testimonialibus litteris de eorum idoneitate, requisita Clementine Dudum de sepult. expressa non haberent. Nam cum ibi in §. statumus injungatur Prioribus, Provincialibus, & Ministris Ordinum, ut eligere studeant (sunt verba dictæ Clementinæ) personas sufficientes, idoneas, vita probatas, discre-

tas, modestas, atque paratas ad tam salubre ministerium, & officium exequendum, quas sic ab ipsis electas representent, vel faciant presentari Prelatis, ut de eorum licentia gratia, & beneplacito in Civitatibus, & Diocesis eorundem hujusmodi personæ sic electæ confessiones confiteri sibi volentium audiant &c. Si Religiosi presentatum has qualitates, & merita habere, in Dimissoria fidem individualem non facerent, tunc potius culpæ Superiorum, (qui formam Clementinæ non servant) quam rigori Episcopi tribuenda esset rejectio.



# ISTRUZIONE, ED ORDINI

Da osservarsi nell'Orazione continua di Quarant'Ore coll'Esposizione del **SANTISSIMO SACRAMENTO** per li bisogni di Santa Chiesa, secondo la pia mente di Nostro Signore Papa **CLEMENTE XI.**

**GASPARO** per la misericordia di Dio Vescovo di Sabina, della S. R. C. Card. di Carpegna, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale.

## SUMMARIUM.

**I** *IN Ecclesijs ubi reperitur expositum Sacramentum Eucharisticum, quid sit servandum in celebrandis Missis Sacr. Congr. Rit. præscriptis*

*in Decreto quod allegatur, & numer. 2.*

**3** *Innovantur Decreta generalia Congr. Rit. circa appositionem Baldachinorum pro laicis, & injungitur illorum observantia num. 4. 5. & 6.*



Stendo state fatte fin dal tempo dell'Introduzione del'Esposizione del Santissimo Sacramento per l'orazione continua di Quarant'Ore diverse provisioni spettanti al decoro di detta Sacra Funzione, acciò le medesime venghino esattamente osservate, e si rimova ogni abuso; D'Ordine espresso dalla Santità di Nostro Signore datoci coll'oracolo della sua viva voce ordiniamo, e comandiamo, che in tutte le Chiese di quest'Alma Città, tanto Patriarchali, quanto Collegiate, e Parochiali, ed in ogn'altra Chiesa sì de' Secolari come de' Regolari in qualsivoglia modo privilegiata: in cui si farà la sudetta Orazione di Quarant'Ore s'osservi inviolabilmente quanto si prescrive nella presente novissima Istruzione, sotto le pene infra scritte.

- I** Si metterà sopra la porta della Chiesa dove farà l'Esposizione, un segno del Santissimo Sacramento ornato di festoni, come pure a capo della strada vicina, perche sia noto a chi passa esser ivi l'Esposizione del Santissimo Sacramento.
- 2** Il Santissimo Sacramento dovrà esporfi nell'Altare Maggiore, (eccettuataene le Basiliche Patriarchali, nelle quali si suol' esporre sopra altro altare) e coprirà l'Imagie, ò Statua, che vi sia; come anche le Pareti della Tribuna, le vicine all'Altare, se non vi sono ornamenti fissi, si copriranno con drappi, avvertendosi, che gli apparati non contenghino Istorie, nè cose, profane.

Sopra l'Altare non vi si pongono Reliquie de' Santi, ò Statue de' medesi-

- mi ( non escludendosi però quelle degl' Angeli, che faccino figura di Candelieri, ) e molto meno vi si ponghino figure dell'Anime del purgatorio di qualsivisia materia; il che si proibisce anche in tutte l'Espofizioni particolari, & in quelle, che tal volta si fanno per suffragio di quell'Anime.
- 3 Sopra detto Altare in sito eminente vi sia un Tabernacolo, ò Trono con Baldachino proporzionato di color bianco, e sopra la base di esso vi sia un Corporeale per collocarvi l'Ostensorio, ò Custodia, il di cui giro farà attorniato di raggi; nè vi farà d'avanti alcun'ornamento, che impedifchi la vista del SS.
- 4 Ardino sopra l'Altare almeno dalli lati della Croce, & otto candelle nella parte superiore, con altre quattro dalli lati dell'Ostensorio, nella di cui parte opposta non vi si ponga onninamente lume alcuno; e vi siano finalmente due Torcieri con le fiaccole almeno di tre libre l'una. L'istesso numero de' lumi vi sia anche di notte dopo ferrata la Chiesa, trà quali ve ne siano almeno dieci di cera, e per la Chiesa nella sera si mettano lumi sufficienti per evitare la confusione, quali stiano accesi finche si chiudono le Porte di essa. Potranno anche di giorno oscurarsi le finestre vicino all'Altare dell'Espofizione, ad effetto di raccogliere la mente de' Fedeli all'Orazione.
- 5 Niun Secolare, benchè vestito con Sacco di qualsivoglia Compagnia ardifca d'andare intorno all'Altare per aggiustare lumi, ò far altro che occorrà, mà dovrà essere un Sacerdote, ò almeno un chierico con Cotta, con la quale sopra il proprio Abito dovranno comparirvi, anche li Regolari di qualsivoglia Religione: Avvertendosi di più, che ogni persona di qualsivoglia condizione, & ordine, per Decreto della *Sagr. Congreg. de' Riti, Urbis* 19. *Aug.* 1651. avanti il SS. Sacramento esposto accostandosi, ò partendosi da esso, deve fare la riverenza con ambe le ginocchia piegate. In ordine poi alla Persona del Sacerdote quale celebra la Messa privata, s'insinua esservi Decreto della medesima *Sagr. Congr. Urbis* 7. *Sept.* 1638. che mentre passa avanti l'Altare in cui stà esposto il Santissimo Sacramento, dopo fatta l'Adorazione con le ginocchia piegate, scoperto il capo, alzandosi lo ricopra.
- 6 Si tenga durante l'Espofizione alla Porta della Chiesa, per la parte di dentro, ò di fuori, come tornerà più comodo, un Tapeto, che faccia forma di Busola con spatio adeguato alli lati per comodità del Popolo, e sia talmente posto, che non possa mai dalla strada vederfi il Santissimo Sacramento.
- 7 Stiano di continuo uno, ò due Sacerdoti, ò almeno in altr'Ordine sacro costituiti se si potrà, vestiti di Cotta (benche siano Regolari) genuflessi avanti d'un Banco ricoperto con Tapeto ò panno rosso, ò d'altro colore, è qualità decente, vicino all'infimo grado dell'Altare, e mai sopra genuflessorii, orando tanto di giorno, quanto di notte a vicenda. Dove sarà qualche Confraternità vi assistino due Confratelli almeno, avanti un banco coperto di panno verde, ò d'altro colore decente parimente a vicenda, mà fuori dal Presbiterio, e distanti dagl'Ecclesiastici sudetti, ed orando con tutta divozione per edificazione degl'Astanti, e con voce sommessa per non causare distrazione à gl'altri.
- 8 Nella Sacrestia vi sia l'Orologio almeno à polvere per sapere il tempo della vicenda, di cui se ne darà il segno ad ogn'ora con la Campana maggiore tanto di giorno come di notte.

9. La sera avanti il giorno dell'Esposizione dopo il segno dell'Ave Maria, si suonino le Campanie solennemente per avviso del Popolo, come anche la mattina nel far del giorno, e dopo tutti gli altri segni dell'Ave Maria durante l'Esposizione come parimente le solite tre volte avanti le Messe solenni.
10. Nell'Altare dove stà esposto il Santissimo Sacramento non si celebri altra Messa, che le solenni per l'Esposizione, e Reposizione, ne i quali due giorni oltre la Conventuale (nelle Chiese dov'è obligazione di cantarla) si celebrerà dopo Nona la Messa del Santissimo Sacramento Votiva pro re gravi (eccettuate però tutte quelle Domeniche, che sono di prima, o seconda Classe, e tutti li giorni ne' quali per ragione del Calendario tanto universale, quanto particolare di quella Chiesa, in cui si fa l'Esposizione, si fa Ufficio parimente di prima, o seconda Classe, come anche eccettuata la Feria quarta delle ceneri, e le Ferie seconda, terza, e quarta della Settimana Santa, nelle quali Domeniche, ed altri giorni, e Ferie eccettuate, si canterà la Messa Conventuale con l'Orazione aggiunta del Sacramento sub unica conclusione) e tutto ciò s'osservarà inviolabilmente in tutte le Chiese tanto de' Secolari, che de' Regolari.
- Nel giorno Medio, oltre la Messa Conventuale si doverà cantare dopo Nona la Messa Votiva pro pace, o altra, che verrà comandata da N. S., secondo che starà espresso nella lista delle Quarant'ore, con la medesima eccezione delli giorni sudetti, e con la medesima regola circa l'Orazione.
- Nelle Chiese non Collegiate, e dove non è obligazione di cantarsi la Messa Conventuale, doverà in d. giorno Medio cantarsi solamente la Votiva sudetta, con l'eccezione, e regola prescritta di sopra nella Messa del Sacramento. Questa però doverà cantarsi ad un'altr'Altare, che non sia quello dell'Esposizione, nè quello dove sia il Tabernacolo col Sacramento incluso, ed in quelle Chiese, che hanno l'obbligo di cantar la Messa Conventuale, questa pure si canterà ad altr'Altare, come si è detto.
- S'ordina espressamente, che nelli giorni dell'Esposizione, Medio, e della Reposizione, le Messe si debbano cantare con li Ministri parati, e non altrimenti, anche nelle Chiese de' Regolari, non ostante qualsivoglia loro uso, o pretesa consuetudine in contrario.
- Nelle Messe private, che si celebreranno durante l'Esposizione non si suoni il Campanello all'Elevazione, ma solo uscendo i Celebranti dalla Sagrestia, si dia un picciolo segno con la solita Campanella.
- Non si celebrino Messe di Requie nel tempo che durerà l'Orazione di Quarant'ore; E le Messe del Santissimo che si celebreranno ne i giorni permessi dalla Rubrica saranno meramente Votive senza Gloria, e Credo. Nell'altre Messe private correnti, si aggiungerà coll'ordine prescritto dalla Rubrica, l'Orazione del Sacramento, così comandando la Santità di N. S.
11. Il Celebrante dovendo portare il Santissimo in processione sarà vestito di Piviale bianco, quando non abbia celebrato con Paramenti d'altro colore, che in tal caso continuerà il colore della Messa; Il Velo umerale però sarà di colore bianco in qualsivoglia caso, che debba portarsi il Sacramento anco nel Venerdì Santo li Paramenti de' Ministri Sagri saranno del colore del Celebrante come sopra. Parimente il Pallio dell'Altare, dove stà l'Esposizione sarà sempre di colore bianco, benchè la Messa solenne ivi si celebri in altro colore: come pure

pure il Baldachino per la Processione deve essere del medesimo color bianco.

12 Terminata la Messa solenne per l'Esposizione il celebrante con li Ministri fatte le dovute riverenze al Sacramento, si ritireranno fuori del Corno dell'Epistola, dove il Celebrante (come pure li Ministri) deporrà il Manipolo, e levata la Pianeta prenderà il Piviale, ponerà ivi l'incenso in due Turiboli, senza benedirlo, e dopo con li Ministri genuflesso nel mezzo incenserà tre volte il Santissimo. Sul fine della Processione (quale si principierà anticipatamente fatta l'elevazione del Santissimo, o prima, secondo che sarà più, o meno numerosa) il Diacono in tempo congruo fatta la dovuta riverenza prenderà il Sacramento, e stando in piedi lo consegnerà al Celebrante genuflesso genuflettendo immediatamente esso Diacono; lo prenderà il Celebrante, ricoperte le mani dall'estremità del Velo umerale, e si alzerà: Principiandosi poi da Cantori l'Inno *Pange lingua &c.* s'incamminerà sotto il Baldachino recitando con voce sommessa Salmi, & Inni insieme con li Ministri, quali eleveranno le fimbrie del Piviale.

13 La processione farà composta di tutto il Clero della Chiesa; ed il Crocifero in questa Funzione non farà parato con abito Subdiaconale, ma vestito con Cotta. V'interranno onninamente otto Sacerdoti vestiti con Cotte, e con le torcie accese in mano, li quali procederanno dalli lati avanti il Baldachino, e dopo di essi seguiranno due Accoliti con Turiboli, quali per la strada incenseranno continuamente il Santissimo, e durante la Processione si suonaranno le Campane solennemente.

14 La Processione si farà dentro la Chiesa, & al più per la Piazza, quando l'angustia della Chiesa ne porti la necessità; e quando esca di Chiesa si farà ben pulire la strada della Piazza, dove se vi farà qualche Bottega, dovrà tenersi chiusa durante la Processione.

15 Se vi saranno instituite Confraternità di Secolari, o siano vestiti di Sacco, o no, tanto li Guardiani, ed Officiali di esse, quanto li Confratri tutti andaranno unitamente avanti il Clero Secolare, o Regolare che vi farà, al quale dovranno sempre cedere il luogo più degno. Di più espressamente si comanda, che li Guardiani, o altri Officiali di esse non ardischino sotto qualsivoglia pretesto di consuetudine, o altro, di andar dopo il Baldachino, sotto la pena di 25. scudi a ciaschedun Fratello, Guardiano, o Officiale della Confraternità, il quale contravenisse alla presente disposizione in conformità dell'Editto pubblicato l'anno 1689. Qual pena di scudi 25. si dovrà applicare alla medesima Confraternità se sarà povera, o al Monte del SS. Viatico a nostro arbitrio. Monsig. Primicerio però, dovrà andare dopo il Baldachino vestito senza Sacco col'abito suo prelatitio, e con il Rocchetto se ne avrà l'uso.

Di più ordiniamo alli suddetti Cleri Secolare, e Regolare, che nelle proprie Chiese, non permettino, che si pratici il contrario, sotto le pene contenute nel suddetto Editto, cioè di scudi venticinque alli superiori, e Rettori delle Chiese Secolari, e di privazione di voce attiva, e passiva alli Superiori Regolari con altre a nostro arbitrio. Quando poi vi fosse alcuno, che tanto ardisse, si notifica che oltre le suddette pene imposte di sopra, resterà ipso jure privo dell'Officio, e cassato dalla Confraternità rispettivamente il Guardiano, o Guardiani, & Officiali, quali contraverranno a questo

- nostr' Ordine, restarà Interdetta la Confraternità, e privati di fare più tale fanta Esposizione, finche da Noi non sarà reintegrata. Si dichiara anche, che all' Accusatore di tal contravvenzione si darà la terza parte della sudetta pena coll' esser tenuto secreto, e la sudetta disposizione vogliamo, che si osservi anche in tutte, e singole Processioni, & Esposizioni particolari.
- 16 Ritornata la Processione in Chiesa, e giunto il Celebrante al grado infimo dell'Altare maggiore, il Diacono genuflesso riceverà il Santiss. da esso Celebrante (quale immediatamente genufletterà deponendo il Velo umerale) e lo collocherà nella base del Trono, andando poi fatte le dovute riverenze al suo luogo. Li Cantori divotamente, e con pausa cantaranno il *Y. Tantum ergo &c.* Dopo di che il Celebrante alzatosi colli Ministri, ponerà ivi nel mezzo l'Incenso nel Turibolo senza benedizione, e genuflesso incensarà tre volte il Sagram. Terminato l'Inno senza dirsi il *Y. Panem de Cælo &c.* si cantaranno dalli suddetti Cantori le Litanie contenute nel Libro stampato per l'Orazione delle Quarant' Ore (qual Libro puramente senza alcuna immutazione dovrà usarsi in qualunque altra Esposizione del Santiss. che si faccia particolare) Dopo che haverà dette le Preci il Celebrante, alzatosi, (a cui li Ministri sosterranno il Libro) senza fare nuova genuflessione cantará a mani giunte il *Y. Dominus vobiscum &c.* con le orazioni, quali terminate, genuflessi faranno breve Orazione, ed indi partiranno a capo scoperto fino ad una ragionevole distanza dal Sacramento, dandosi così il principio all'Orazione delle Quarant' Ore.
- 17 Il Celebrante non dovrà usare la Sede Camerale, secondo il Decreto della Sag. Congr. de' Riti, ma un Banco, (che ne pure habbia braccia) con il postergale ornato di panno rosso ò di altro colore decente, in cui federà insieme colli Ministri Sagri; e si avverte alli medemi, come anche agl'altri che operano circa il divino Ministero, qualmente in tempo che stà esposto il Venerabile, anche nell'Esposizioni particolari non deve si far riverenza alcuna al Clero, nè ad altra persona che assista alli Divini Officj. Molto meno dovranno mai usare le Sedie Camerali nelle Chiese li Guardiani, Deputati, ed Officiali delle Confraternità, Compagnie, e Congregaz. Laicali; mà federanno sopra un Banco con postergale senza braccia a' lati, e senza alcun uso de' Cuscini, come pure senza gradini, e senza genuflessorii davanti, qual Banco potrà coprirsi, di panno, e non di seta, e sarà onninamente situato fuori del Presbiterio in quelli casi che assisteranno alle messe, e Vesperì solenni, ò che nel Presbiterio si celebri dal Clero alcuna Funzione Sagra, ò che si Predichi in Chiesa, secondo li replicati Decr. della S. Congr. de' Riti, particolarmente per Decr. Generale emanato sotto li 13. Marzo 1688. sotto le pene medeme espresse di sopra, e comminate al n. XV. nellì *§§. Se vi saranno &c. e Di più ordiniamo &c.* Monf. Primicerio però federà dentro il Presbiterio al lato dell' Evangelio, in un Banco coperto di Panno, nell' Abito suo Prelatitio, come si è detto al n. XV.
- Se però la struttura della Chiesa non permetterà luogo congruo fuori del Presbiterio in tal caso di necessità si concederà da Noi, che possa collocarsi il Banco come sopra de' Guardiani, dirimpetto all'Altare in uno de' lati, fuori del termine del Presbiterio.
- Si proibisce espressamente agl' Huomini, ed alle Donne di qualsivoglia sta-

to, e condizione (eccettuate le Persone Regie quando vi si trovino) l'entrare sotto qualsivoglia preteffo ad orare nel Presbiterio, ò sia recinto dell'Altare, dove stà esposto il Venerabile; dovendo quel luogo esser occupato solamente da Ecclesiastici, destinati al Ministero Divino, ò all'assistenza dell'Orazione; Il che si osserverà non solo nelle Chiese dove ricorre l'Esposizione ordinaria, mà anche in tutte le altre, dove per Indulto Apostolico, ò per altra legittima facoltà, occorre farsi l'Esposizione, benchè per breve tempo; al che provvederanno li Superiori, ò Sagrestani col riparo delli Banci ancora bisognando. In oltre ordiniamo, e comandiamo a' Rettori, e Superiori tanto Secolari, quanto Regolari di qualsivoglia Chiesa, che durante la d. Esposizione non ardischino di far portare rispettivamente qualsivoglia forte di Sedie nelle Chiese à qualunque persona d'ogni sesso, grado, e condizione, sotto la pena di dieci scudi alli Rettori Secolari da applicarsi ad usi Pii riservata la terza parte per l'Accusatore, & a' Regolari della privazione della voce attiva, e passiva, & altre a nostro arbitrio.

18 Non si terrano nelle Chiese dell'Esposizioni anche particolari, Bacili per limosine, ne vi assisteranno Religiosi, ò altri Ecclesiastici, ne nemo Persone Laicali per riceverle; come ne meno anderanno Chierici, Confratri, Mandatarii ò altre persone questuando per la Chiesa. Molto meno doveranno far ciò li poveri, quali staranno per lo spazio di canne dieci lontani dalle Porte della Chiesa, sotto le pene contenute nell'Editto stampato à parte, che per ciò farà parimente cura de' Superiori, e Sagrestani, e degli Effecutori che vi assistono, il procurare, non entrino in Chiesa ad effetto di evitare la distrazione de' Fedeli che orano, potendo li benefattori caritativi far l'elemosine fuori delle Chiese, ficcome anche è l'intentione di N.S. dichiarata nell'ultimo editto in cui si proibisce ad ogni Fedele dar nelle Chiese limosine a' poveri.

19 S'averte che non termini l'Orazione in una Chiesa, se non che dopo che farà principata nell'altra, e ciò s'osserverà da qualunque Chiesa, benchè Basilica, e Collegiata ò in qualsivoglia modo Privilegiata.

20 Terminata la Messa della Reposizione il Celebrante prenderà il Piviale (osservando il ritto rispettivamente sopra descritto dopo la Messa dell'Esposizione) e genufletterà colli Ministri avanti il Santissimo Sacramento nel mezzo sull'infimo grado dell'Altare; Immediatamente li Cantori principiaranno le Litanie, e si continuerà fino al *Ÿ. Domine exaudi orationem meam* inclusivè. Dopo alzatosi il Celebrante colli Ministri, ponerà ivi nel mezzo l'Incenso senza benedizione, e genuflesso incensarà trè volte il Santissimo Sacramento, e prenderà il Velo umerale. Fatta l'incensazione, il Diacono colle dovute riverenze levarà il Sacramento dal Trono, & immediatamente stando in piedi lo consegnerà al Celebrante genuflesso, genuflettendo anch'esso Diacono subito che averà consegnato il Sacramento, praticandosi dipoi rispettivamente ciò che sopra nell'Esposizione si è detto circa le Cerimonie, e Rito della Processione &c.

21 Ritornato dopo la Processione il Celebrante all'infimo grado dell'Altare, il Diacono genuflesso riceverà da esso, che starà in piedi il Santissimo, verso cui il Celebrante genufletterà immediatamente, e deporrà il Velo ume-

- rale: Il Diacono lo collocarà sopra il Corporale in mezzo dell'Altare, e ritornerà al suo luogo. Il Celebrante al *Ÿ. Genitori Genitoque &c.* alzatosi colli Ministri ponerà come sopra l'Incenso senza benedirlo, ed incenserà il Sacramento. Li Cantori diranno il *Ÿ. Panem de Cælo, &c.* (à cui s'aggiungerà l'*Alleluja* nel tempo Pasquale solamente, & in tutta l'Ottava della Festività del Corpus Domini in qualsivoglia Esposizione che si facci.) Il Celebrante alzatosi senza far nuova genuflessione sostenendo li Ministri il Libro (senza dire il *Ÿ. Dominus Vobiscum*, come per Decreto della Sacra Congregazione de' Riti) cantará le Orazioni à mani giunte, quali terminate, genuflesso prenderà il Velo umerale, ed ascendendo solo all'Altare, fatte le dovute riverenze prenderà nelle mani ricoperte, come si disse, coll'estremità del Velo umerale l'Ostensorio, e darà con esso la Benedizione al Popolo, e riposto il Sacramento sopra il Corporale descenderà, e starà genuflesso al suo luogo. Il Diacono immediatamente, ò un Sacerdote con Stola, fatte le dovute riverenze chiuderà il Sacramento nel Tabernacolo, quale per tale effetto doverà ritenersi nell'Altare dell'Esposizione; e l'Offia Consagrada si dovrà consumare nella Messa, ò in quella mattina, ò nella seguente; dopo di che partiranno, e terminará l'Orazione di Quarant' Ore.
- 22 Nel tempo che durará l'Orazione medesima, si proibisce espressamente il Predicare; ma volendosi fare dopo li Vesperi qualche breve Sermone per eccitare li Fedeli alla divozione verso il Santissimo Sacramento si dovrà prendere la licenza, e Benedizione da Noi, ò da Monsignore nostro Vicegerente, anche nelle Chiese de' Regolari, & in qualunque modo Privilegiato, e non solo nell'Esposizione di Quarant' Ore, ma in qualsivoglia altra Esposizione; qual licenza si darà in scriptis. Quello poi doverà Sermoneggiare, farà almeno costituito nell'Ordine Diaconale, Sermoneggerà con la Cotta, benchè sia Regolare, mà senza la Stola, & a capo scoperto, vicino all'Altare dove stà esposto il Santissimo, & in un sito che non obblighi gl'Ascoltanti a fare atti d'irriverenza con voltare le spalle al Sacramento.
- 23 Le Chiese dove farà l'Orazione di Quarant' Ore doveranno la sera stare aperte fin tanto che vi farà il popolo per orare. Ma perche non può darli in ciò un'ora determinata sì per la situazione di esse, come per la mutazione delle stagioni; Perciò potranno chiudersi l'Estate circa le trè ore, e l'Inverno intorno ad ore cinque. S'avverte però, che anche a Porte chiuse deve continuare l'Orazione come s'è detto an.7. non dovendo mai esser interpolata l'Orazione di Quarant' Ore, come per Decreto della Sac. Congr. de' Riti.
- 24 In ogni Chiesa di Roma si terrà affissa in luogo patente la Lista delle Quarant' Ore per informazione de' Fedeli Devoti.
- 25 Parimente in ogni Chiesa dove è determinata l'Esposizione si dovrà tenere affissa continuamente nella Sagrestia la presente Istruzione, acciò che niuno possa allegare l'ignoranza delle Regole, e Precetti che vi si contengono.
- 26 Non ardirà alcun Rettore, Curato, ò Sagrestano, fuori dell'ordine assegnato nella Lista delle Quarant' Ore, d'esponere, ò far esponere il Santissimo Sacramento sotto qualsivoglia pretesto, ò consuetudine, per veruna causa grave, nè per Infermi, senza Breve speciale di S. Santità, ò almeno licenza se-
- gna-

gnata da Noi, ò da Monsignor nostro Vicegerente, e sottoscritta dal Deputato delle Quarant' Ore, quale ottenuta s' esporrà il Venerabile in un' Altare, ò Cappella con un Velo avanti, e col sudetto numero di venti lumi, e si osserverà puntualmente il tempo che dovrà durare l'Espofizione assegnata nella sudetta licenza sotto le pene infra scritte, e privazione d'ufficio.

27. Finalmente si comanda espressamente che tutti, e singoli sopraddetti Ordini si debbino inviolabilmente osservare, e che si ubbidisca esattamente per quello potesse occorrere di più al nostro Deputato sopra le Quarant' Ore, sotto pena alli Maeftri di Cerimonie che assisteranno alle funzioni, se non faranno adempire esattamente tutte le Ceremonie, & i Riti prescritti, ed alli Trasgressori rispettivamente de' sudetti Ordini, di scudi dieci, d'oro da applicarsi a' luoghi Pii; & alli Regolari della privazione di voce attiva, e passiva, di Carcere, & altre pene maggiori riservate à nostro arbitrio: dichiarandosi, che in difetto dell' osservanza, si procederà più rigorosamente contro li Superiori, e Sagrestani delle Chiese, alli quali appartiene più che ad ogn'altro la buona regola, e cura di esse.

Dato dalla nostra solita Residenza questo dì 20. Gennaio 1705.

G. Card. Vicario.

Antonio Buffi Deputato.

Niccolò Antonio Cuggiò Segretario.

ADNOTATIONES.

1. L'ORATIONE DEL SACRAMENTO. Quoties igitur publicæ venerationi exponitur in Ecclesiis ven. Ostia, in missis privatis erit dicenda Oratio de Sacramento, ordine à Rubrica præscripto: in missis verò cantatis, & solemnibus servandum erit *Decretum Congr. Rit. 13. Febr. 1666.* quod notatur in *Kalendario Frat. Minor. de Obser. sub titulo de notand. general. pro Missal. num. 9.* sequentis tenoris: -- Quando exponitur Sacramentum in Altari pro initio 40. horarum, vel spiritualium exercitationum, si accidat in festo primæ, vel secundæ classis, sive in Dominica privilegiata primæ, vel secundæ classis, tunc in Collegiatis, vel due cantetur Missæ una de festo, seu Dominica post Tertiam: altera Novena de Sacramento post Nonam, vel una cantetur de die cum commemoratione Santissimi Sacramenti.

2. In Missis tamen privatis dicta Oratio de Sacramento erit omittenda in festis primæ, & secundæ classis, prout ead. *Congr. Rit. respondit 2. Decembr. 1684.* nam proposito Dubio pro parte Procuratoris

Generalis Lateranensium--An in Missa privata de Sancto duplici, vel semiduplici, de quo tali die fit Officium, facienda sit commemoratio de Sanctis. Sacramento exposito occasione 40. horarum, prodit rescriptum - posse, sed omittendam in festis primæ & secundæ classis.

3. SITUATO FUORI DEL PRESBITERIO. Quæ Sacri Canones invariabiliter statuerunt de exclusione laicorum à Presbyterio, ut apud Card. Bon. in *liturg. lib. 1. c. 20. §. 7.* videre est, & liber Cæremonialis verbis nempe *Sedes autem pro Nobilibus atque Illustribus viris, laicis Magistratibus, ac Principibus, quantumlibet magnis, & excelis, plus minusve, prò cuiuscunque dignitate, & gradu ornatas decet extra Chorum, & Presbyterium collocari juxta Sacrorum Canonum præscriptum, laudabilisque antiquæ disciplinæ documenta jam inde ab exordiis Christianæ Religionis introductæ, ac longo tempore observatæ nec non Sac. Congreg. Rituum circa eorumdem locum, & præeminentias præscripsit, hic innovantur, & observanda esse præcipitur. Decreta autem, quæ diversis temporibus hac in re emanarunt, sunt sequentia.*

D 2 DE-

## DECRETUM

Generale.

„ 4. Cum pluriès Sacrorum Rituum  
 „ Congreg. inhærendo Decretis alias edi-  
 „ tis, & signanter in *Nucerina die 21.*  
 „ *Novembris 1694. 28. Septembr. 1675.*  
 „ & *13. Martii 1687.* declaraverit nullo  
 „ modò dandum esse Evangelium ad  
 „ osculandum Sæcularibus, etiam Præsi-  
 „ di in celebratione Missarum, necnon  
 „ prohibuerit usum Baldacchini, & præ-  
 „ fertim in *Acernina die 26. Junii 1666.*  
 „ *Baren. 5. Martii 1667. & 27. Junii 1684.*  
 „ *Marscen. Poliganen. & Militen. 5. Mar-*  
 „ *tii 1667. Hyeracen. 2. Octobr. 1683. &*  
 „ *Bitonten. 23. Septembr. 1684.* Ac in-  
 „ super denegaverit assistentiam in Pres-  
 „ byterio, & specialiter in *Matbera-*  
 „ *nen. 24. Januarii 1665. Melpolitana 15.*  
 „ *Junii 1667. & Baren. 20. Novembr.*  
 „ *1677. & 22. Febr. 1687.*  
 „ 5. Eminentissimi Cardinales eidem  
 „ Sac. Congregationi. Præpositi manda-  
 „ runt, ut prædicta Decreta prohibentia  
 „ personis Sæcularibus osculum Evange-  
 „ lii, usum Baldacchini, & assistentiam  
 „ in Presbyterio renouentur, & copiae  
 „ illorum transmittantur Archiepiscopi,  
 „ & Episcopis Regni Neapolis, eisdem-  
 „ que injungendo, ut illa intimari fa-  
 „ ciant Superioribus Ecclesiarum suæ  
 „ Diœcesis, tam Sæcularibus, quàm  
 „ Regularibus, & in casu transgressio-  
 „ nis, procedant etiam contra Regula-  
 „ res auctoritate ejusdem Sac. Congre-  
 „ gationis ad pœnam interdicti; Et ita  
 „ decreverunt, & in Ecclesiis Regni  
 „ Neapolis omninò servari jusserunt die  
 „ 13. Martii 1688.

ALIUD

## DECRETUM

Generale.

„ 6. Sac. Rituum Congregat. die 22.  
 „ Aprilis referente Eminentissimo, &  
 „ Reverendissimo D. Cardinali Colum-  
 „ na Ponente stetit in decisivis die 13. Mar-  
 „ tii 1688. & quoad Baldacchina, non  
 „ tantùm illorum usum, verum etiam  
 „ retentionem, tam in Presbyterio,  
 „ quàm extra in eodem Decreto com-  
 „ prehendi declaravit. Et ad effectum ut  
 „ memoria pereat similis abusus, man-  
 „ davit ut injungatur Archiepiscopis,  
 „ & Episcopis Regni Neapolitani, quod  
 „ hastas, gradus, suppedanea, & quæcum-  
 „ que alia signa Baldacchini ab Ecclesiis  
 „ suarum Diœcesum, tam Sæcularium,  
 „ quàm Regularium, remove faciant,  
 „ & quoad Ecclesias Regularium proce-  
 „ dant ad interdicta, & contra inobe-  
 „ dientes ad Censuras auctoritate Sac.  
 „ Congr. Eadem die 22. Aprilis 1690.  
 „ Et factò de prædictis verbo cum  
 „ Sanctissimo per me Secretarium, San-  
 „ ctitas sua annuit, sensum Congreg.  
 „ approbavit, & laudavit, ac præmi-  
 „ sum Decretum exequi omninò, &  
 „ publicari præcepit, die 22. ejusdem  
 „ Mensis, & Anno 1690.

L. Fliscus Sac. Congr. Rit. Sacr.

Edicti de Divinis Officiis, &amp; Missarum celebratione-

FORMULA II.

SUMMARIUM.

1 Ordo recitandi Divinum Officium in  
 choro præscribitur à Sac. Congreg.  
 Episcoporum & Regular. in Decreto,  
 quod allegatur.

Officium B. M. V. non recitatur in  
 choro ab illis, qui servant Ro-  
 ma-

- manum ritum, nisi adsit consuetudo ibi.
- 2 Canonici confabulantes in choro sunt puniendi.  
Canonici confabulantes frequenter in choro tenentur ad restitutionem distributionum. ibi.  
Canonici exeuntes à choro sine justa causa, sunt puniendi. ibi.
- 3 Canonici non possunt uti pulvinari, neque retinere in loco suarum sedium stratum, sive tapete, quamvis sint Dignitates.
- 4 Magistratus laicorum, debet habere sedilia extra locum Presbyteri, non obstante consuetudine, sive possessione in contrarium.
- 5 Magistratus laicorum, non debet in sedibus uti tapeta, seu stratu.  
Magistratus laicorum, sive Præses Provinciæ assistentes Missæ solemnæ, quo ritu sint iburificandi, & pacem recipere debeant ibid. & allegatur Decretum S. Congr. Rit.
- 6 Magistratus, & Gubernator Civitatis Camerini accedentes ad Ecclesiam, & Palatium Episcopi in solemnioribus festis, quomodo se gerere debeant, & Episcopus illos recipere, referuntur resolutiones Sac. Congr. Rit. & n. 7.
- 8 Magistratus laicorum potest invitari ad lotionem manuum Episcopi solemniter celebrantis, sed non cogi censuris, & n. 9.
- 10 Canonici tenentur habitu Canonicali associare Episcopum procedentem ad Ecclesiam ad horas canonicas, sed non possunt cogi pœna excommunicationis.
- 11 In assignando locum Magistratibus, aliisque personis in Dignitate constitutis, fugienda sunt extrema.
- 12 Prelato Præsidi Provinciæ qualis honor, & præeminentiæ debeatur præsentè Episcopo, tam intra, quam extra Ecclesiam, deciditur à Sac. Congr. Rit. in Decreto quod afferitur.
- 13 Episcopo titulari Suffraganeo qualis honor, & præeminentiæ debeatur in Ecclesia, in qua vice Episcopi Ordinarii functiones Pontificales Monacelli Form. Pars II.

- exercet, deciditur ab ead. Congr. in Decreto, quod pariter offertur & num. 15.
- 14 Episcopus titularis Suffraganeus an possit deferre in Ecclesia in qua exercet functiones Pontificales, Cap-pam. ibi.  
Coadjutor Episcopi potest deferre Cap-pam. ibi.
- 16 Episcopi titulares, qui carent Clero, & plebe, differunt ab aliis qui in suis Ecclesiis exercent jurisdictionem.  
Episcopi huiusmodi titulares inter Episcopos ultimo loco sedere debent, quamvis sint antiquiores. ibi.  
Episcopi titulares hodiè non creantur, nisi pro Ecclesiis Cardinalium, quæ eos solent habere, ac in Ecclesiis Germanicæ. ibi.  
Episcopi titulares, nec ad primam Tonsuram sine licentiâ proprii Ordinarii, Clericos promovere possunt, & reicitur Riccius.
- 17 Episcopi titulares Suffraganei, non dispensant super interstitiis, neque votum habentia approbatione ordinandorum, nisi simul sint Examinatores.  
Nec possunt visitare clausuram Monialium, nisi sint simul Vicarii Generales, vel aliud speciale mandatum habeant. ibi.
- 18 Vicario Generali Episcopi debetur præcedentia supra Canonicos, & Dignitates, in actibus publicis, & privatis ubique.  
Vicarius Generalis si est unus de gremio Capituli sedere debet in suo stallo, & in actibus capitularibus non præcedit Canonicos. ibi.  
Si vult præcedere debet habitum Canonicalem & distributiones dimittere. ibi.  
Non præcedit Canonicos Sacris Vestibus indutos. ibi.
- 19 Magister Cereemoniarum in quo loco sedere debeat ostenditur.  
Magister Cereemoniarum debet salarium habere ab Episcopo, & Capitulo ibi.  
Canonicus non potest cogi ad exercendum officium Magistri Cereemoniarum ibid.

- 20 Referuntur Decreta Generalia Sac. Congreg. Rit. de non celebrandis missis de requiem tu festis duplicibus.
- Missæ Conventualis non potest celebrari pro defunctis in festis duplicibus, vel semiduplicibus non obstante contraria Testatorum dispositione. ibi.
- 21 Examinatur Rubrica de translatione festorum, & offertur resolutio Sac. Congr. Rit.
- 22 Festum Annuntiationis B. M. V. quando est transferendum habet diem fixam fer. 2. post Dominicam in Albis.
- 23 Officium S. Narcisi in Regnis Hispaniarum sub quo ritu sit celebrandum, deciditur.
- 24 Officia Sanctorum ad libitum, non possunt transferri quando incidunt in die impedita.
- Religiones, Collegia, sive Ecclesie, quæ habent Indultum celebrandi officium de Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis, pluries in hebdomada, vel pluries in mense, non possunt illo uti in diebus Quadragesimæ, adventus, & Vigiliarum. ibi.
- 25 Reliquiarum identitas, quibus demonstrationibus probetur ostenditur.
- 26 Reliquiæ Sanctorum non sunt tangendæ nudis manibus.
- 27 Reliquiæ Sanctorum à Monialibus non tangantur, neque afferentur intrâ Clausuram.
- Reliquiæ Sanctorum non debent extrahi à thecis. ibi.
- 28 Missa debet concordare cum officio, & sine rationabili causa à Rubrica Sacerdos recedere non debet.
- 29 Presbyter Sæcularis in Ecclesiis Regularium potest in celebratione Missæ recurrente die festo se uniformare eorum ritui, & adducitur Decretum Sac. C. Rit.
- 30 Color paramentorum in Celebratione Missæ à rubrica præscriptus non potest variari sine necessitate absque gravi culpa.
- 31 Episcopi non possunt uti Oratorio, seu Cappella privata extra Domum propriæ habitationis.
- Regulares, Altari portatili hodie non possunt uti quicumque sint, & offertur Decretum generale Sac. Congr. Concilii.
- 32 Oratoria privata conceduntur cum Clausulis restrictivis, & quæ sint referuntur.
- 33 Familiæ actu non necessarii servitio indultarii tempore celebrationis Missæ, tenentur pro satisfactione præcepti de audienda missa diebus festis accedere ad Ecclesiam.
- 34 Papa dissimulando peccata, transgressores legis non dispensat, neque abusus approbat.
- 35 Missa celebranda, & audienda est de jure in Ecclesia.
- Indultum Oratorii privati est odiosum, & præjudiciale cultui Divino, & sic strictè interpretandum. ibi.
- Lata interpretatio dicti Indulti in exitium vergit transgressorum præcepti. ibi.
- 36 Observantia interpretativa legis non intrat, quoties lex est clara, & contrarius usus non excusat sine consensu legislatoris expresso.
- Papa per verbum Volumus, dat formam præcisè observandam. ibi.
- 37 Clausulæ restrictivæ in Indulto Oratorii privati non apponuntur de stylo, sed ex sententia Congr. Concilii. Ejus est interpretari, cujus est contedere. ibi.
- 38 Clausula in tuæ ac familiæ præsentia non comprehendit famulos, sed agnatos tantum.
- Correctio, & contrarietas legis semper est vitanda. ibi.
- 39 Audientes Missam diebus festis in Oratorio, seu Cappella privata Episcopi, satisfaciunt præcepto.
- 40 Cardinales habent de jure privilegium Altaris viatici ad instar Episcoporum propter eorum præstantiam. Cardinalium Cætus appellatur Senatus Divinus.
- Cardinales sunt Dignitate, & officio majores Episcopis. ibi.
- Qui audit Missam diebus festis in

- eorum Cappella satisfaci precepto.
- 41 Oratoria publica, quæ requisita habere debeant ostenditur.
- 42 Oratoria publica ruri permitti de facili non debent, propter damna Spirituality, quæ eveniunt Parochianis, & quæ sint ista damna enumerantur.
- 43 Presbyteri non deferentes coronam clericalem maximè quando accedunt ad celebrandum peccant mortaliter.
- 44 Legatum missarum, quia respicit favorem Animæ in dubio semper præsumitur perpetuum, quoties voluntas Testatoris non obstat: etiamsi beves, vel legatarius reperitur gravatus sub nomine proprio, aut per adjectivum meus dictus, ipse, infrascriptus.
- 45 Commissarii Fabricæ S. Petri de Urbe admonentur, ne sint faciles in proferendis Sententiis absolutoriis super cessatione legatorum.
- 46 Adimplementum onerum missarum, & applicatio Sacrificii probatur juramento Sacerdotis celebrantis.
- 47 Revisor ab Episcopo delegatus pro exigendis rationibus adimplementi piorum operum, potest recipere mercedem, dummodo non sit Officialis ipsius Episcopi, & afferuntur Decreta.
- 48 Episcopus exigit ab Administratoibus locorum piorum rationem administrationis, tam in Visitatione, quam extra, per seipsum, vel per delegatum.
- Imò juramentum de fideliter administrando ab eis requirere potest. ibi.
- Administratores recusantes exhibere Episcopo libros, & instrumenta, censuris illos compellere potest. ibi.
- 49 Episcopus eisdem facultatibus utitur contra Fratres Cappellanos Religionis Hierosolimitanæ.
- 50 Quæ sit jurisdictio Episcopi in Ecclesiis subjectas Capitulo Lateranensi, & Presbyteros S. Philippi Neri deciditur Decretis Sac. Congr. Concilii, & Breve Greg. XV. quæ afferuntur, & n. 51.
- 52 Decreta Episcopi, qui vigore jurisdi-

- tionis delegatæ sunt in Ecclesiis exempti debent exequi, & corrigi, seu mutari non possunt ab Ordinariis dictarum Ecclesiarum.
- 53 Episcopus visitat Ecclesias, quæ sunt sub immediata Regum protectione, & potest recognoscere decentiam Divini cultus, & alia quæ pertinent ad Divina mysteria, & Ecclesias unitas Sanctæ Domus Lauretanæ.
- Protectio Regia, non acquiritur per simplicem receptionem in protectionem. ibi.
- 54 Episcopus visitando Diocesim, debet se celeriter expedire.
- Tenetur singulis annis visitare Diocesim, & intra biennium visitationem absolvere.
- Episcopus visitando debet esse contentus de modesto equitatu.
- Beneficiati, & Confraternitates, tenentur ad contributionem Visitationis.
- Episcopo accedenti ad conferendum Sacramentum Confirmationis, non debentur vicualia, nisi concurrat consuetudo legitime præscripta.
- 55 Cappellani, & Beneficiati, quando teneantur celebrare per se ipsos, & quando possint celebrare per alium ostenditur.
- Cappellani, & Beneficiati tenentur applicare Sacrificium pro Fundatore quoties iste Sacrificii applicationem in libertate celebrantis non reliquit. ibi.
- 56 Cappellani, & Beneficiati non tenentur celebrare Missas tempore quo Capitale Dotis assignatæ manet otiosum, & infructiferum sine eorum culpa.
- Cappellani, & Beneficiati, non possunt ab Episcopo cogi sed hortari, ut celebrent certis diebus, & horis, si in fundatione hoc eis non reperitur injunctum.
- Cappellani, & Beneficiati possunt cogi ad providendum paramenta de proprio.
- 57 Anniversarium quindecim Missarum, non includit Missam cantatam.
- Sacerdos, qui habet onus celebrandi

- singulis annis 30. Missas S. Gregorii, & habet elemosinam scutorum decem, tenetur per se ipsum celebrare: nec potest alteri Sacerdoti elemosinam currentem dare, & quod superest pro se retinere. ibi.
- 58 Missæ celebrandæ sunt in Ecclesia, seu Cappella à Testatore designata, & alio transferri non possunt sine beneplacito Apostolico. Capellanus, sive Beneficiarius celebrans alibi, quam in loco præscripto peccat mortaliter.
- Episcopus ex justa causa, & per modum provisionis potest transferre celebrationem Missarum de loco ad locum.
- 59 Nuncius Apostolicus non potest concedere Indultum, quod Missæ celebrantur alibi, quam in loco à Testatore præscripto.
- Si Testator locum in quo celebrandæ sint Missæ non designavit, hæres illas celebrare facit in Ecclesia sibi benè visa non obstante Synodo, & opinione DD. qui favent Ecclesiis in quibus Testatores fuerunt tumulati.
- 60 Missæ celebrandæ sunt tempore, & die à Testatore volito, & expresso alias voluntas Testatoris (quæ etiam in minimis servanda est) non adimpletur.
- 61 Translata Ecclesia ab habente facultatem, transit cum Ecclesia etiam onus Missarum.
- 62 Missæ non transferuntur cum Ecclesia, seu Collegio translato, quando Testator contemplantur principaliter locum, & afferuntur conjecturæ hujusmodi contemplationis.
- 63 Missarum reductio ob deperditionem seu diminutionem reddituum fit semper ad manualet, habita ratione ad utensilia, non autem juxta taxam præscriptam pro fundationibus in Synodo.
- 64 Canonici ubi est Consuetudo, & dummodò sint residentes possunt se invicem substituere.
- Hac consuetudine non gaudent, neque utuntur Coadjutore Canonico-  
rum: neque hi Canonici qui tenentur inservire pro Diacono, & Subdiacono Dignitatibus in Missis solemnibus.
- 65 Canonici abesse, & vacationibus uti non possunt diebus Dominicis, & festis totius anni, nec diebus Adventus, Quadragesimæ Octavarum Nativitatis &c.
- Ultra tertiam partem Canonico-  
rum à servitio Chori nunquam abesse debet. ibi.
- Episcopus potest edicere ne Canonici discedant à residentia sine sua licentia.
- 66 Episcopus procedens contra non residentes tenetur servare formam præscriptam à Concilio, & adducitur Decretum, & n. 67.
- 68 Episcopus contra absentes potest procedere per censuras, illosque suspendere, non obstante quod inchoata sit via judicialis, prævia tamen monitione.
- 69 Pœnæ non residentium possunt infligi contra Canonicos Coadjutores. Canonici Coadjutores non possunt interesse Capitulis nec in illis votum dare, nec officium antianitatis exercere.
- 70 Qui redit ad residentiam, & postea recedit post paucos dies, non dicitur rediisse.
- 71 Episcopus potest edicere quod Canonici assistant Concioni sub pena amissionis Distributionum, illius diei.
- Canonicus absens per tres Menses amittit distributiones, quæ accrescunt inservientibus, non obstante consuetudine contraria. ibi.
- 72 Canonici si teneant Capitulum tempore, quo celebrantur Divina officia, vel celebrent Missas planas, vel alta voce in Choro non psallant possunt ab Episcopo Distributionibus privari.
- 73 Canonici, qui sunt officiales Sancti Officii, si non inserviunt Choro non lucrantur Distributiones, absque Indulto Apostolico, & conciliantur Decreta.
- Subcollector Spoliorum, si non inservit

- in Choro, non gaudet distributionibus . ibi .
- 74 Episcopus non potest statuere quod Canonici, qui non sunt in Sacris amittant distributiones .  
Neque quod Canonici Jubilatis non debeantur Distributiones extraordinariae .  
Neque quod Distributiones, quae vigore Concilii Tridentini accrescunt in servientibus, applicentur fabricae .
- 75 Distributiones non debentur Canonici absentibus occasione litium, sine licentia Episcopi .  
Item quando detinentur in carcere pro debito civili .  
Item si tempore Divinorum Officiorum interserviant Episcopo Missam private celebranti .
- 76 Distributiones debentur Canonico Delegato ab Episcopo ad visitandum limina pro tempore accessus, & regressus .  
Item Canonico Coadjuto, durante infirmitate, etiam Coadjutore absente .  
Item Canonico inquisito, & postea absoluto tanquam non culpabili .

- Item Canonico absenti à Choro urgente necessitate Officii, pro servitio Capituli .  
Item Canonico Jubilato, quamvis sint extraordinariae, vel auctae post Indultum .
- 77 Capitulum non potest concedere Indultum jubilationis, neque absentibus, quod participant de Distributionibus .
- 78 Servitium praestitum Ecclesiae ante obtentam Praebendam, non suffragatur pro Indulto jubilationis .
- 79 Canonicus gravatus pensione, si abest à residentia cum licentia habente clausulam dimissa tertia parte fructuum, dimittit tertiam partem detracta pensione .
- 80 Subcollectores Spoliorum, & Decimarum, in his quae concernunt Divinum cultum, & administrationem locorum piorum remanent subjecti jurisdictioni Ordinariorum .
- 81 Qui possidet Parochialem unitam Dignitati Cathedralis, tenetur reside-  
re in Cathedrali; si verò unio sit ad vitam, in Parochiali residere tenetur .

- 1 Divina Officia, nempe Matutinum cum Laudibus, Horae, Vesperae, Completorium, Missae solemnes, & Conventuales in Ecclesia nostra Cathedrali, & aliis Collegiatis Ecclesiis, tam Civitatis quam Diocesis, celebrentur à Canonici, Dignitatibus, caeterisque Praebendatis attentè, ac devotè horis statutis in Tabella horaria, pulsatis campanis, & ad alicujus instantiam non differantur .
- 2 Dum Divina celebrantur officia, nemo extrà Chorum cum Cotta, vel sine, permanere, neque in choro actus à Divinorum recitatione distrahentes agere, seu confabulare valeat: alioquin tanquam absens pun-  
ctetur .
- 3 Canonici, & Dignitatibus in choro existentibus, sub quovis praetextu exinde exire non valeant plures quam duo pro qualibet vice, & in egressu, & regressu Archidiacono, sive alio Praesidenti reverentiam exhibeant, eorum egressus causam Punctatori notam facientes, ut in pleno capitulo an sit justa, vel nè, discuti possit, & contra facientes puncentur .
- 4 Unusquisque sedeat in suo stallo, absque pulvinari, tapete, seu stratu .  
Laici in Presbyterio non admittantur: extrà verò, tam ipsis, quam aliis Ecclesiasticis in Dignitate constitutis ( qui non sunt de gremio capituli ) debitus honor, & locus non denegetur :

5 Qui-

- 5 Quilibet functiones suas *nutu Magistri Cæremoniarum* promptè obeat, juxta Ecclesiæ statuta, & laudabilem Consuetudinem, sub pœna punctaturarum: Et nemo (etiam Officio expleto) à Choro egredi valeat, vel recedat antequam finis signum per Archidiaconum, sive alium Præfidentem detur.
- 6 Missæ de Requite cum cantu, vel sine (in festis duplicibus) nec Conventuales in semi duplicibus non celebrentur, nisi in die depositionis Defuncti, vel in die Anniversario obitus Testatorum, non obstante eorumdem contraria dispositione, sive alicujus Ecclesiæ contraria Consuetudine, sed celebretur Missa de festo duplici currenti, cum applicatione sacrificii, juxta mentem benefactorum, Rubricas Missalis, & *Decretorum Sac. Congr. Rituum.*
- 7 Officia plura Sanctorum æqualis ritus translata, remittantur, & celebrentur diebus non impeditis *de primo translato*: ea verò quæ recitantur per Indultum extensionis, non sub eodem ritu, quo alicui loco, vel Religioni, aut Clero concessa fuere (fortè duplici primæ vel secundæ classis) *sed sub ritu duplici minori tantum* (nisi in Indulto aliud expressè concedatur) celebrentur. Officia autem Sanctorum ad libitum non transferantur, *sed serventur Decretum generale dictæ Sac. Congr. latum sub die 24. Jan. 1682.*
- 8 Officium, & Missa alicujus Sancti, cujus reliquia insignis reperitur in Cathedrali, vel alia Ecclesia hujus Civitatis, aut Diœcesis, non celebrentur, nisi prius nobis constare fecerint *de identitate* reliquiarum, & quod sic descriptus in Martyrologio Romano, ut pariter mandat eadem Congregatio in Decreto emanato anno 1691.
- 9 Curent celebrantes *ut Missa concordet cum officio* juxta præscriptum Rubricæ, nisi ex legato, vel alia obligatione, dicenda non sit Votiva, seu Defunctorum. Color autem paramentorum, adhibeatur pro diversitate temporum, & festivitatum, ad formam Rubricæ Missalis *nec varietur*, nisi in casu extremæ necessitatis.
- 10 In privatis Oratoriis, in quibus ea Indulto Apostolico potest Missa celebrari, unica tantum Missa privata diebus non exceptis celebretur, *serveturque Indultum ad amissim*, & familiares Domus, qui Indulto non gaudent, præcepto Ecclesiæ de audienda missa diebus festis in Ecclesia satisfacere non omittant.
11. Meminerint Presbyteri quicumque sint Rubricæ præcipientis recitationem Matutini cum laudibus ante Missæ celebrationem, & delationis tonsuræ clericalis, ut veram Christi personam gerant, quam patentem habere debent in capite cum se accingunt ad corpus, & Sanguinem Christi offerendum: quod si sine ea celebrare præsumpserint, ipso facto *sint ab Altare suspensi* per tres dies immediatos sequentes, & si iterum secundo litaverint absque d. visibili corona, eamdem suspensionem per decem dies sequentes incurrant eo in ipso, & si terriò, tanquam Sacrorum canonum contemptores, sint ab Altare suspensi per annum.
- 12 Tabella onerum Missarum, litteris perspicuis descriptorum in Sacratio, & loco magis patenti: nec non duo libri in quorum altero *onera perpetua*, & temporalia: in altero missæ manuales, & eleemosynæ fideliter adnotentur, retineatur; ut singulis nobis *de adimplemento exacta ratio reddi valeat tam in visitatione, quam extra.*

13 Missarum onera in Altare, & à diebus à Testatoribus, & Benefactoribus præscriptis per Cappellanos, & Beneficiatos adimpleantur, nec transferatur de loco ad locum, sine nostra, vel Sac. Congr. Concilii licentia, nec recedantur, sine ejusdem Congr. indulto.

14 Canonici, Dignitates, Beneficiati, & Cæteri Præbendati, & Cappellani Choro, & servitio Cathedralis, & Collegiatarum addicti, residentiam faciant, nec illam deferant sine nostra licentia: tempore autem Quadragesimæ Concioni, quotidie interfint, sub pœna amissionis Distributionum.

Volumus autem, quod ab omnibus supra ordinata ad quos spectat, observentur, sub pœnis non solum jam expressis, sed aliis contentis in Decretis Apostolicis, arbitrio nostro irrogandis &c. Datum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius.

### ADNOTATIONES.

1. **CELEBRENTUR.** Quæ à cap. 1. Edicti usque ad quintum inclusivè (dempto 4. mandantur observari, deprompta fuere ex Decreto S. Congr. Episc. emanato in *Abrutina, seu Interamnen. sub die 18. Aprilis 1617.* in quo idem ordo in recitatione Divini Officii præscribitur; juxta monitum *text. in cap. 1. de celebr. Missar.* Nulla autem fit mentio in Edicto de obligatione recitandi in Choro Officium B. M. Virginis, quia ex Bulla Pii V. Breviario Romano præfixa pro his qui Romanum ritum servant, sublatum est hoc onus, ubi contraria consuetudo illud recitandi non vigeat, quam B. Pontifex non abstulit, sed jussit servari, ut observat Fagnan. *in d. cap. 1. num. 35. de celebr. Missar.*

2. **SEU CONFABULARE.** Canonici confabulantes in Choro, non solum punctandi, & privandi sunt Distributionibus tanquam absentes, ut rescripsit *Congr. Episc. Episcopo Nucerinò 7. Septembris 1594.* Sed si hoc faciant frequenter, eos teneri ad illarum restitutionem firmant DD. citati à Callemart. *supra Conc. Trident. sess. 24. cap. 12. de reform. remis. ad Bull. Pii IV. super forma profes. fidei verb. atque in Choro ad psallendum in fin. & exeuntes à Choro sine justa causa, quod sint punctandi, declaravit Congregat.*

*Concilio in Lunen. Sarzan. 4. Junii 1701 ad 1.*

3. **ABSQUE PULVINARIT, APE-TE, SEU STRATU.** Hæc enim sunt signa Superioritatis, quæ non competunt nisi Episcopis aliisque Prælati, & ideo nemini de Capitulo, etiamsi sit Dignitas, conceditur hæc præminentialis distinctio, ut decisum fuit à *Sac. Congregatione Rituum in Herpibolen. Præminentiarum 22. Novembr. 1698.* in qua Dignitates illius Ecclesiæ Primitialis vigore Consuetudinis allegatæ, prætendebant, genuflexorium, sive locum stalli cum pulvinari, & stratu, sive tapete retinere, & declaravit pulvinar tantum laneum violacei coloris esse permittendum, & servandum esse *Cæremoniale lib. 1. cap. 9.* Et in alia *Urbinate. 23. Januarii 1700.* in qua Canonici, & Dignitates celebrantes præsentate Archiepiscopo, prætendebant vigore Consuetudinis, uti posse pulvinari genuflexendo, respondit -- *probetur consuetudo formiter.*

4. **LAICI IN PRÆBYTERIO NON ADMITTANTUR.** Laicorum loca, & sedilia, etiam si sint illustres, & de Magistratu, debent esse extrà Chorum, sive Presbyterium, ut ostendatur honor Cleri ab illis distinctus ut inquit Gavant. *Theaur. Sac. Rit. par. 2. tit. X. de Oration. Dominic. in verb. fiat commun. vers. Sacerdotem*

dotem pag. mibi 125. Barbof. collect. decis. Apost. verb. laicus collect. 442. num. 1. & seqq. cum aliis congestis à Pignatell. consult. 3. per totum, & præsertim num. 7. 13. & seqq. tom. 3. ubi Decreta Sac. Congreg. Rituum refert, ita disponitur in Cæremoniale Episc. lib. 1. cap. 13. quod omnem abstulit consuetudinem contrariam: Et idè ead. Congregat. in una Amerina Seditium 16. Martii 1697. confirmata 12. Septembr. 1699. mandavit aptandum esse locum Magistratui extrà Presbyterium juxtà designationem porrectam à Magistro Cæremoniarum, non obstante, quod Magistratus reperiretur in possessione, & allegaret alterius loci congrui deficientiam.

5. Et sicuti Retentio sivè usustapeti, aut stratus, non permittitur Dignitatibus, & Canonicis, ita nec minus Magistratus laicus illa habere debet, ut declaravit d. Congr. Rit. in Baren. 2. Septembr. 1690. in qua respondit -- Concedendum esse Magistratui Baren. Scannum sivè Sedile ligneum, sine suppedaneo, panno cooperatum, tam in Ecclesia Cathedrali, quàm in omnibus aliis Ecclesiis Secularium, & Regularium extrà Presbyterium. Quod Decretum iterum probavit in Aprutina 6. Octobris 1696. in resp. ad 8. in qua referente clar. mem. Cardin. meo Petrucci, fuerunt proposita, & resoluta etiam alia dubia sequentia.

- I. An, & quotuplici ductu sit thurificandus D. Præses Regius Provinciae Aprutinae, dum assistit Missæ cantatæ, quæ solemniter celebratur.
- II. An sit thurificandus eodem tempore, quo thurificatur Episcopus, & quatenus post, an ante, vel post Canonicos?
- III. An eidem Præsidi dandum sit osculum Evangelii, & quatenus affirmativè, an eodem tempore, quo Evangelium osculandum datur Episcopo, & à quo sit dandum?
- IV. An eidem Præsidi sit dandum osculum pacis eodem tempore, quo datur Episcopo, & quo instru-

mento, atque an ante, vel post Canonicos.

V. An Domini Regii Auditores Regiæ Audientia Terami, possint dum assistunt Officiis Divinis, sedere in sedibus canonicis, cum brachiorum appoditis, & habere stratum cum pulvinari, stante quod prius, tempore quo alia vice aderat in Civitate Tribunal Regiæ Audientia, sedebant in scanno ligneo nudo cum postergali & suppedaneo, quod quidem scannum adhuc extat in Ecclesia.

KI. An Magistratui Terami debeatur thurificatio duplici, vel unico ductu, & à quo sit thurificandus.

VII. An Episcopus possit concedere Magistratui inferiori, quod thurificetur duplici ductu, contra formam Cæremonialis?

VIII. An possit Magistratus Terami, habere, & tenere scannum in Ecclesia cum postergali, Suppedaneo, genuflexorio, & brachiorum appodio?

Quibus dubiis relatis Cong. Rit. respondit.

Ad 1. duplici ductu.

Ad 2. Negativè, quo ad primam partem, & quo ad secundam servetur Cæremoniale lib. 1. cap. 23. in fine.

Ad 3. Negativè.

Ad 4. post Episcopum dandum esse osculum pacis juxta Cæremoniale lib. 5. cap. 14.

Ad 5. dilata, & videatur soluto.

Ad 6. Servetur solitum.

Ad 7. Negativè.

Ad 8. Detur Decretum in Baren. 2. Sept. 1690.

6. Et in alia Camerinen. subortis inter Episcopum, & Magistratum controversiis de associatione solemnitatibus, de appositione stratus, de manuum lotionibus, de Gubernatoris Sede, & accessu, mandavit servari sequentia sub die 21. Febr. 1699.

I. Ma-

- I. Magistratus in solemnioribus festivitatibus à Ceremoniali pre-scriptis absente Governatore, habita hora à Magistro Ceremoniarum, seu ab alio Ministro, ad Palatium Episcopi usque ad Portam Cubiculi, quod dicitur Anticamera accedere debet, & Episcopum Cappa indutum ad Ecclesiam comitabitur, peractis functionibus, ad Portam majorem ejusdem Palatii pariter comitabitur, & Episcopus monitus de adventu Magistratus statim ei obviam procedet, & ad Ecclesiam perget.
- II. Prasente vero Governatore obviam procedent Episcopo egredienti, usque ad Portam Palatii ipsius Episcopi, & in accessu ad Ecclesiam Governator erit ad sinistram Episcopi, & idem in recessu servabitur.
- III. E' conspectu Altaris SS. Sacramenti factis inter se debitis salutationibus, Episcopus ad genuflexorium stratu, & pulvinari ornatum preces effundet, & hinc inde ad latera Canonici: Governator vero, & Magistratus ad consuetam eorum Sedilia pergent, ibique genuflexi versus Altare SS. Sacramenti orabunt, & quando Episcopus ad Chorum perget: stantes ipsum transeuntem salutabunt, & idem ordo servandus erit, etiam absente Governatore.
- IV. Si vero Episcopus ad Ecclesiam per parvam Portam perget, Magistratus ad eandem Portam, accedere, & comitari debet.
- V. Magistratus non debet genuflectere supra panniculum, quod omnino prohibuit Sac. Congr. die 9. Nov. 1669.
- VI. Nulla Canoniorum assistentia debetur Episcopo, quando ad Ecclesiam accedit, & per eam incedit, dum est Cappa indutus, secus vero quando est cum para-

- mentis Sacris, & tunc Governator, & Magistratus erunt post Episcopum.
- VII. Governator genuflectere non debet in eodem genuflexorio insimul cum Episcopo, quando est cum Cappa indutus.
- VIII. Magistratus prout in Ceremoniali, tum absente, tum prasente Governatore, in lotionem manuum inservire valeat.
- IX. Quando Episcopus Conciones audit, nulla Canoniorum assistentia ei debetur, & tunc Governator sedere debet prope Episcopum extra tamen Baldacchinum in Sede camerale consimili in equali linea, eo modo quo sedere solent Episcopi non Cardinales, & neutra Sedes sit coloris rubei.
- X. Accedente Governatore in habitu ad Ecclesiam, aliquis Ecclesie Minister Cotta indutus porriget eidem aquam benedictam manu, absente tamen Episcopo.

7. Quæ Decreta cum fuissent per modum Concordiæ proposita ab Eminentiss. DD. Cardinalibus Carpineo, & Petrucio ad hunc effectum Deputatis, & partes noluisse acquiescere: repropo- sita causa sub die 19. April. 1698. Sac. Congr. declaravit esse omnino servanda, & ad- huc partibus reclamantibus sub d. die 21. Februar. 1699. stetit in Decretis, & silen- tium imposuit. Verum postea cum Magi- stratus recusaret occasione celebrationis Missæ Solemnis Episcopi, accedere ad lotionem manuum, ex quo Decretum 8. per illud verbum valeat, non esset præcep- tivum, sed facultativum, & vice versa Episcopus Magistratum censuris minare- tur compellere: iterum recursum habue- runt ad eandem Congregat. quæ ad re- movenda scandala, & per modum pro- visionis sub die 30. Aprilis 1701. rescri- psit -- dilata, & interim per modum provi- sionis Magistratus tencatur accedere ad lo- tionem manuum.

8. Hæc, inquam, fuit prudentia- lis provisio. Cæterum Episcopus fo-

ovebat malum, & habebat contra se expressam Cæremonialis dispositionem lib. 1. cap. 11. ubi dicitur-- *Ad hujusmodi ministerium lotionis manuum possent invitari aliqui ex Magistratu.* Ex quibus verbis clarè præcipitur, quod manuum lotio in functionibus solemnibus, est actus honoris, & tam ex parte Celebrantis, quam servire debentis penitus facultativus; prout etiam benè hoc innuit Bauld. *manual. cæremon. cap. 11. art. 15. §. 2. ibi-- Si celebrans esset Sac. Rom. Eccl. Cardinalis, vel Archiepiscopus, vel etiam Episcopus aliquis insignis, possent ad hujusmodi ministerium lotionis manuum ipsius celebrantis invitari aliqui ex Magistratibus, vel ex Proceribus, & Nobilitatibus Civitatis, & ita de sum fuit à dicta Congregat. in Fanen. 26. Augusti 1645.* Sicque non poterat Magistratus Censuris compelli, quamvis præcedenter pluries ad dictam manuum lotionem spontè accessisset: cum in facultativis, non detur præscriptio ex vulgatis.

9. Neque obstat Decretum emanatum in Anconitana anno 1596. quod referunt Nicol. in *fisc. verb. Episcopus num. 49.* & Pignatell. *consult. 4. num. 14. in fin. tom. 4.* quia emanavit antequam publicaretur Cæremoniale, cujus evulgatio sequuta est anno 1600. & sic remansit revocatum per hanc legem generalem, ac etiam per allegatum Decretum in Fanen. ex nota regula, quod Decreta posteriora, quando conciliari non possunt, derogant prioribus, Fagnan. in *cap. quoniam post. numer. 56. de Constit.*

10. Præterea, sicuti Canonici, qui tenentur in habitu Canonicali Episcopum procedentem ad Ecclesiam ad horas canonicas ex Aula comitari, si non accedant, non possunt cogi poena excommunicationis ad associandum, ut ex *Decreto Congreg. Episc. & Regular. 28. Maii 1684.* probat Bauldr. *Manual. Sacr. Cæremon. cap. 9. §. 2.* ita multò minus poterit Magistratus laicus Censuris compelli, ad explendum actum, ad quem ex lege Cæremonialis non arctatur (prout arctantur Canonici) sed in-

vitari posse decernitur, ut mox supra probavi. Confiteor tamen, quod Magistratus invitatus, non debet recusare, sed promptè, & reverenter ad lotionem manuum accedere; quia ita ejus gradus ab Ecclesia honoratur, Religio fulget, & Majestas Præfulis celebrantis veneratur, ut decet; si enim contemneret, & sine rationabili causa esset contumax, malè ageret, & Princeps eum cogeret, ad præstandum consueta obsequia.

11. **DEBITUS HONOR, ET LOCUS NON DENEGETUR.** Puta Prælati, Gubernatoribus, Vicariis, Magistratibus, Suffraganeis, quibus in functionibus Ecclesiasticis locus, & honor debetur. At quia in ista loci, & honoris destinatione sæpè oriuntur scandala, & perturbationes, cavendum erit hinc inde ab extremis: ideò ut laici ordinem Leviticum distinctum, & separatim à Deo emulari, & cum eo in Ecclesia locum, & sedem æqualem habere, non præsumant: Ecclesiastici verò apicibus Cæremonialis ita judicè insistere, & adhærere non debent, ut ubi ordo hierarchicus non confunditur, nec deformitas intollerabilis oritur, pro minimis applaudant locum laicis, novitatibus exturbare, præsertim antiquum cum in sedendo attendatur consuetudo, dummodò sit rationabilis.

12. Qualis autem honor debeatur Prælato Præsidi Provinciæ, declaravit *Sacr. Congr. Rituum in Maceraten. 5. Augusti 1662.* modo sequenti.

I. Gubernatori Maceraten. Præsidi Provinciæ non habenti facultatem Legati de Latere non competere Sedem sub Baldacchino, sed sine solio supra Scammum Magistratus, nempe cameralem decentem, & disjungtam à scamno Magistratus eidemque unico gradu, vulgo præ della tapeta obducto, ne dum Divinis juxta Presbyterium, sed etiam alibi concionibus audiendis, pariter supra scammum Magistratus perpetuò detinendam.

II. Epi-

- II. *Episcopum tamen Praeside praedicto Praesente nullibi Diecesis debere à benedictionibus populi, tum privatis, tum solemnibus abstinere, sed neque ullum humanitatis actum antequam benedicat erga Gubernatorem Praesidem exhibere.*
- III. *Nullam deberi praecedentiam Gubernatori Praesidi Provinciae supra Episcopum, etiam extra Diecesim degentem, quamvis Praeses in sua Provincia existat.*
- IV. *Episcopum non debere obviam ire Gubernatori Praesidi Provinciae adveniendi ad Cathedralam, neque illum ab ea discedentem associare. Gubernatorem, seu Praesidem praedictum teneri accedere ad Episcopum, ut ab eo accipiat Candelam, & Palmam benedictam, etiam cum osculo manus Episcopi; idemque servandum in distributione, cinerum, nunquam tamen teneri Episcopogenuflectere.*
- VI. *Canonicos teneri praestare Gubernatori Civitatis Praesidi Provinciae consueta obsequia, quapropter saltem per duos Canonicos idem excipiantur, & ad Portam Ecclesiae in discessu associetur.*
- VII. *Magistratum teneri praestare Episcopo, & Cathedrali Ecclesiae consueta obsequia, tum praesente, tum absente Gubernatore, & quatenus renuat compelli posse. At si Magistratus spontè velit ad Cathedralam accedere, & divinis inibi juxta solitum interesse, aut antequam de ejus contumacia per actus positivos Episcopo non constet, nulla ei vis inferatur, vel in eum Episcopus nullum coactionis remedium exequi permittat.*
- VIII. *Ad supplendum Magistratui absentis in lotionè manuum Epi-*

*scopi, posse subrogari alios nobiles Viros, quibus tamen locus in scamno Magistratus minimè assignetur, sed qualibet vice in ipso solemnitate peragenda actu, seligendos, & vocandos, & quoad fieri potest variandos, nulla tamen praevia in scriptis eorum deputatione.*

- IX. *Præterea eadem Sac. Congr. declaravit Gubernatorem Praesidem Provinciae non Episcopum, non posse sumere paramenta de Altari, & quo id verum sit Prelatis Episcopis inferioribus, etiam usu Pontificalium gaudentibus, præterquam in missis Pontificalibus. Quod Decretum habet authenticum.*

13. *Quivè tribuatur Episcopo titulari, sivè suffraganeo jurisdictionem in populum non habenti, sed nomine, & vice Episcopi Ordinarii Pontificalia in Ecclesia Cathedrali exercenti, innuitur in provisionibus captis ab eadem Rituum Congregatione in Veliterna, in qua pro parte illius Suffraganei propositis dubiis.*

- I. *An saltem aliqui Canonici teneantur eidem Suffraganeo obviam ire usque ad Ostium Ecclesiae, ibique ex iisdem dignior aspersorium porrigere, & in reditu, usque ad eandem Januam comitari, dum Cappa indutus ad Pontificales functiones obeundas accedit, Antecessoris convenientia minimè obstante?*
- II. *An eidem Suffraganeo debeat Genuflexorium cum stratu, & pulvinaribus ad orandum ante SS. Sacramentum, dum occasione earundem functionum Ecclesiam ingreditur.*
- III. *An Suffraganeo facienti ordinationes generales in aliquo ejusdem Ecclesiae Sacello (propter impedimentum Altaris Majoris*

ex causa recitationis horarum in Choro) debeant in eodem Sacello assistere aliqui ex Canonicis?

An dum assistit Concioni, Prædicatoris salutatio, ei prius dirigenda debeat distinctè ab illa Canonicorum, & Magistratus Secularis?

Sac. Eccl. die 6. Septemb. 1698. respondit.

Ad 1. posse de licentia Eminentiissimi Decani Episcopis Ostis, Veliterni deferre Cappam, & in hoc casu teneantur duo Canonici ire usque ad Ostium Ecclesie, & dignior porrigat ei Aspersorium, quo Suffraganeus se ipsum tantum aspergat, & pariter eum asocient in reditusque adeundem.

Ad 2. in Voto Magistri Ceremoniarum.

Ad 3. servetur Pontificale cum Missa solemnè in Altari Majori presente Clero.

Ad 4. Affirmativè quatenus sedeat in Presbyterio.

14. Responsio ad primum dubium correspondet oppositioni factæ à Canonicis illius Cathedralis, nempe Suffraganeo non competere jus deferendi Cappam in Ecclesia non sua, hocque innixum videbatur in textu *Ceremonialis lib. 1. cap. 3.* ubi sic dicitur — *Quoad Cappas verò, quibus Episcopi in propriis Ecclesiis utuntur, & inferius — extra Diocesim, & Ecclesiam suam Episcopi non utuntur Cappa, præterquam in Romana Curia, cum in Divinis Pontifici Maximo, vel Sacro Cardinalium Collegio presente assistunt.* Unde inferebatur, quod cum Suffraganeus Veliterni esset à Cardinali Decano Episcopo delegatus ad exercendas functiones Pontificales tantummodò, non posse uti Cappa in Ecclesia non sua, cum hæc inter Vestes Pontificales non connumeretur: Et sic Sac. Congr. agnoscendo vim objectionis, rescripsit quod possit

illam deferre de licentia Cardinalis Episcopi. Cæterum loquendo de Coadjutore Episcopi cum futura Successione, alias ead. Congr. declaravit Cappam esse ornamentum dignitatis Episcopalis, mozzettam verò cum Rocchetto esse proprium signum ejus, penes quem est Dignitas, & jurisdictio, ut habetur in Decretis per extensum relatis à Quarant. in *Sum. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas post num. 12.* Votum Magistri Ceremoniarum, (ad quod refertur. responsio data ad secundum Dubium) erat negativum, nempe Genuflexorium cum Stratu, & pulvinari non debent Suffraganeo, sed pulvinar super Genuflexorio nudo, & quatenus Genuflexorium non adesset, quod daretur pulvinar super primo gradu Altaris.

Responsio autem data ad quartum correspondet alteri objectioni Capituli Canonicorum asserentium, Suffraganeos Veliternos nunquam habuisse locum, nec Sedem in Presbyterio, & proinde non deberetur distincta salutatio, cum esset à corpore Capituli Extraneus, & idè quia objectum fulciebatur probationibus, Congregatio dixit debent distinctam salutationem, quatenus federet in Presbyterio.

15. Et quia in aliis præminentis, & juribus præfatum Suffraganeum excessisse modum, Capitulum conquerebatur eodem tempore per viam reconventionis, proponi curavit dubia sequentia.

- I. An suffraganeus Veliternus occasione functionum Episcopatum solemnium teneatur separare in Sacrestia, vel potius paramenta sumere ab Altari, vel in faldistorio?
- II. An valeat deferre Cappam Pontificalem in accessu, & recessu ad Ecclesiam Cathedralis, & quatenus Affirmativè?
- III. An possit sibi deferri facere eandem ejusdem Cappæ per alium, seu potius illam deferre teneatur

IV. *An similiter possit sibi deferri facere caudam vestis violaceæ , unâ cum elevatione fimbriæ anterioris in plano pavimenti Ecclesiæ ?*

V. *An eidem accedenti ad Ecclesiam porrigi debeat Aspersorium ad Januam Ecclesiæ per aliquem ex Canonicis , & an possit Alumnos Seminarii , aliosvè circumstantes aspergere , vel potius aquam tantum recipere extremitate digitorum ?*

VI. *An possit per Civitatem uti Mantello oblongo coloris violacei cum signis rubeis super vestem Nigram interiorem vulgò Zimarra ?*

VII. *An per Civitatem possit sibi deferri , & elevari facere Umbellam sericam viridis coloris :*

VIII. *An dum assistit Concioni possit sedere in Sede separata à Canonicis , vel potius debere sedere in eodem scamno Canonicorum , absque tapete , & pulvinari , primus inter illos , & in quo habitu ?*

*Quibus Sac. Congregat. eadem supradicta die respondit.*

*Ad 1. si accedat cum Cappa : in faldistorio : alias in Sacratio.*

*Ad 2. jam provisum.*

*Ad 3. Negative quoad primam partem , & affirmativè quoad 2.*

*Ad 4. Negative.*

*Ad 5. jam provisum.*

*Ad 6. Negative.*

*Ad 7. Negative.*

*Ad 8. dilata.*

16. Episcopi enim titulares, qui carent Clero, & plebe, & Ecclesiam habent apud infideles, in juribus præeminentialibus, differunt ab aliis, qui in suis Ecclesiis exercent jurisdictionem: quia hæc non ab ordine tantum, sed à Dignitate eonjuncta cum administratione proveniunt, ideoque inter Episcopos ultimo *Monacelli Form. Pars II.*

loco sedere debent quamvis antiquiores sint. *Franc. de Eccles. Cathedr. & cap. 32. nu. 146.* Et quia ut plurimum vagabundi erant ut illos vocat *Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. de reformat.* idè hodiè non creantur nisi pro Ecclesiis Cardinalium, & illis, quæ eos solent habere, & in Ecclesiis Germaniæ, ut advertit *Ricc. prax. rer. for. Ecclesiast. parte quarta resol. 429. ubi in resolut. 432. firmat*, quod si conferant primam Tonfuram absque licentia proprii Ordinarii, non incidant in pœnas Sac. Concil. Trident. quod verum non puto, quia *Concilium in secunda parte dist. cap. 2. sess. 14.* quæ est dispositiva, non de Episcopis titularibus Pontificalia exercentibus tantum, sed absolute de ordinantibus, & promoventibus, etiam ad primam Tonfuram expressè loquitur.

17. Item tales Episcopi titulares Suffraganei, non dispensant super interstitiis, nisi habeant speciale mandatum, neque votum habent in approbatione ordinandorum, nisi sint ex numero Examinatorum, prout *Sac. Congregat. Episcop. & Regular. sub die 14. Februar. 1585.* respondit Suffraganeo Brixinon. cui quoque subjunxit.

I. *Quod Episcopus ex justa causa potest transferre Dedicationis Ecclesiæ festum in aliam diem magis congruam Speculat. cons. 4. par. 3. rub. 52.*

II. *Quod Ecclesiæ possunt consecrari sine Altaribus, & è contra Glos. in capit. 1. de conse. et. Eccles. Hoff. & DD. in cap. proposuisti eod. tit.*

III. *Quod Suffraganeus, ubi per Diocesim pro Pontificalibus exercendis proficisci contigerit, expensas ab Episcopo habere debet.*

IV. *Quod Sacramentum confirmationis est administrandum cum Pluviali, Mitra, amictu, & Stola.*

Item non possunt visitare Claustram Monasteriorum Monialium, nisi sint simul Vicarii Generales, & ab  
E  
Epi-

Episcopis quorum sunt Suffraganei facultates Vicariorum Generalium, vel aliud speciale mandatum habeant, prout pro Suffraganeis Germaniæ, declaravit *Congreg. Concilii* 17. Junii 1630. lib. 4. dec. fol. 300.

18. Vicario autem Generali Episcopi, tam præsentem, quam absentem Episcopo debetur locus, & præcedentia supra Canonicos, & Dignitates in Ecclesia, & Choro, extra in processionibus, ac in aliis actibus publicis, & privatis, etiam in Synodo, ut declaravit *Sacr. Congregat. Rituum* 28. Novembris 1595. quam per extensum refert *Ricc. in prax. part. 4. resolut. 390. numer. 8.* & concordant alia Decreta, quæ refert *Barbos. in collect. decis. Apostol. verb. Vicarius Generalis collect. 714. numer. 7. 8. & 9. Pignatell. conf. 64. numer. 10. & 11. tom. 3.* Si verò Vicarius sit unus de gremio Capituli, tunc debet sedere in loco suæ receptionis in suo stalli, & habitu Canonicali *Barbos. dict. collect. 714. numer. 10. & collect. 98. numer. 6.* nec in Capitulo, & aliis actibus Capitularibus præcedit alios Canonicos, quia tunc non consideratur tanquam Vicarius, seu ut *Canonici Gratian. discept. 106. numer. 1. Barbos. ubi supra dict. collect. 98. numer. 1. & 7. Panimoll. decis. 1. annot. 5. numer. 46.* Si autem vult præcedere Canonicis debet habitum Canonicalemente dimittere, & tunc non poterit distributiones percipere, quia ad illas percipiendas nullum jus habet tanquam Vicarius, sed tanquam Canonicus, idè si velit eas lucrari, debet in actibus prædictis, sicut etiam in processionibus interesse tanquam Canonicus, ut pluries declaratum fuit à Sacra Congregatione Rituum, cujus Decreta referunt *Barbos. dict. collect. 98. Panimoll. loc. cit. numer. 49. & Pignatell. dict. consult. 64. numer. 21. tom. 3.* Et si Canonici, & Dignitates incederent sacris vestibus induti, tunc Vicarius non præcedit, etiam si non sit de corpore Capituli, & non obstante contraria consuetudine, prout semper constanter respondit sæpissimè eadem *Congregat. Rituum apud Pignatell. dict. conf. 64. numer. 15. & 16.* ubi per extensum quam plura Decreta congerit.

19. **NUTU MAGISTRI CÆREMONIARUM.** De Cæremoniarum Magistro, dicit *Biss. Hierurg.* quod non habet determinatum locum, cum de ratione sui officii, modò unum, modò alium, secundum quod ipse judicabit opportunum teneat, *lit. C. numer. 197. §. 2.* At cum de hoc dubitari contigisset in *usa Viterbena* 30. Aprilis 1701. *Sacr. Congreg. Rituum* respondit -- *Dentur Decreta in Patavina* 28. Novembris 1619. & 8. Martii 1617. (quatenus vera sint) hæc Decreta, ut refert *Barbos. collect. decis. Apostol. 459. numer. 7.* firmant, quod Magister Cæremoniarum, etiamsi sit Cappellanus in actu exercitii debet sedere apud Celebrantem, vel ejus Assistentes, quod verò non est in actu Ministerii, sedere debeat in Choro inter Præbendatos, vel Presbyteros, vel Clericos sui ordinis servato ordine suæ receptionis. Huic autem donec certum stipendium assignatum fuerit debet de salario ab Episcopo, & Capitulo pro medietate provideri, ut decisum fuisse refert à *Sacr. Congreg. Rit. Barbos. in sum. decis. Apostol. collect. 459. numer. 4.* & etiam à *Sacr. Congreg. Episcop. Nicol. in gloss. verb. Magister numer. 1. ubi numer. 2.* quoad hoc officium exercendum non debet compelli Canonicus.

20. **ET DECRETORUM SACR. CONGREGAT. RITUUM.** Hæc Decreta generalia quæ mandant, quod in festis duplicibus Anniversaria, & Missæ Cantatæ de requiem celebrari possint ex dispositione Testatorum quotannis recurrent tantum die obitus ipsorum Testatorum, in cæteris autem diebus, celebrari debeant Missæ de festo duplici currenti, non obstante contraria Testatorum voluntate, seu Consuetudine; sed juxta eorumdem benefactorum mentem applicetur Sacrificium, fuerunt approbata ab *Alexandro VII.* 5. Augusti 1662. & 22. Januarii 1667. & postea *Clem. IX.* 23. Septembris 1669. eaque per extensum refert *Romager. in gloss. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 9. capit. 3. & 8.* De Missa autem Conventuali, quod non celebretur pro defunctis, quando per annum officium est duplex, vel semiduplex clarè probat *Rubrica missal. tit. de miss.*

miss. defunct. §. 1. & 2. quam examinatis, & sequendam esse tenet Fagnan. in cap. cum creatura numer. 23. & trib. sequentibus de celebr. Miss. quia semper debet concordare cum officio, Gavant. part. 1. titul. 4. de Miss. vot. Sanct. Mariæ littera P. neque curandum de contraria dispositione Testatorum, si adesset; quia horum voluntas non debet Rubricas subvertere, nec legis constitutionem generalem immutare, ut inquit Passerin. in cap. religiosus §. sanct. numer. 108. de testament. in 6. & in puncto onerum Missarum Gavant. thes. Sac. Rituum part. 3. titul. 12. num. 32. in fin.

21. DE PRIMO TRANSLATO. Rubrica generalis Breviarii capit. 10. de translato. fest. numer. 7. ita disponit -- Si plura festa IX. lectionum transferenda sint, prius transferatur duplex, quam semiduplex, & inter plura duplicia quod est magis solemne, semper prius transferatur, & prius celebretur; alioquin si sint equalia, unum ante aliud transferatur, & ordine quo erant celebranda in propriis diebus. Nonnulli non percipientes rectè sensum supradictæ rubricæ, putarunt, quod de festo translato sit faciendum officium die Immediatè sequenti non impedito, non obstante festo prius translato æqualis ritus, prout vidimus adnotatum in Ordinario Romano anno 1696. in festo S. Henrici Imperatoris: Eo ducti fundamento, quia festum quod uno tantum die transfertur, censetur suo die fieri, quia in ipso die, in quo incidit adhuc potest habere primas Vesperas, vel commemorationem; unde ad removendos errores, sub die 22. Decemb. 1696. fuit in Congregat. Rituum propositum dubium.

An festum translatum, quod potest in sequentem diem immediatè sequentem transferri, debeat recitari antea alia festa prius translata, quando sunt equalis ritus.

Examinatis Decretis in hac re aliàs emanatis (quæ videbantur inter se pugnare) nempe in una Ordin. Cappucinarum 30. Septembris 1679. in qua data fuerat responsio affirmativa in Lycien. 24. Novembris 1691. in Suesiana 11. Julii 1695. in quibus negativa proderat: at per-

pensis DD. autoritatibus scilicet Gavant. in cap. 10. de occurrent. off. seu de translato. fest. numer. 7. Guyet. in Herotolog. sive de fest. prop. lib. 4. cap. 7. Biff. de Sac. rit. litt. O. num. 127. §. 4. omnes negativam partem sequentium, ead. Congreg. sub dicta die respondit -- Officium celebrandum esse de primo translato.

22. Quæ tamen regula erit limitanda, quoties festum Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis occurrens in feria 6. Parasceve, vel in Sabbato Sancto, sit transferendum ad fer. secundam post Dominicam in Albis: nam tunc alia festa prius translata, quæ non sint altioris ritus, sive in dict. die incidentia, protrahenda sunt ad aliam diem non impeditam: quia per Decretum dict. Congreg. emanatum 11. Martii 1690. prædicta dies fixa est una cum præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus, pro dict. festivitate, ut declaravit 14. Junii 1692. Bullar. Innoc. XII. 106.

23. SED SUB RITU DUPLICI MINORI CELEBRETUR. Quandoque solet Congreg. Rit. officium aliquod particulare alicujus Sancti, loco, Diocesi, Religioni, aut uni Provinciæ jure concessum, ex gratia (rationabili aliqua causa impellente) aliis locis, Diocesis, Religionibus, & Provinciis per extensionem indulgere. Verùm quia hi, qui gratiam extensionis impetrant, officium recitant sub eodem ritu primis concessio, ut plurimum duplici primæ, vel secundæ classis, (prout accidit de Sancto Narciso primæ clas. Principali Patrono Gerundæ cujus officium per extensionem celebratur in omnibus Hispaniæ Regnis 19. Martii, & propterea de Sancto Joseph eadem die occurrente nihil sit) ad removenda hujusmodi absurda, quæsitum fuit in eadem Congregatione.

Sub quo ritu in dd. Hispaniæ Regnis (excepta Civitate Gerundæ) sit celebrandum officium S. Narcisi, & sub quo ritu censeri debeat indultum officium per extensionem in cæteris casibus, quando à Sac. Congreg. non exprimitur?

Et Congreg. examinatis Decretis, sub die 3. Augusti 1697. respondit -- officium

E 2 Sancti

Sancti Narcisi recitandum esse in Civitate, & Diocesi Gerundæ 29. Octobris cum Missa sub ritu duplici primæ Classis cum Octava, die verò 18. Martii de eo fiat commemoratio tantum, sicut quadragesimali tempore fit de simplicibus. In cæteris autem Regnis Hispaniarum recitandum esse sub ritu duplici minori dicti die 29. Octobr. tantum, reformando Decreta annorum 1682. & 1689.

34. **SED SERVETUR DECRE-  
TUM GENERALE.** Decretum istud, quod habeo penes me authenticum, est tenoris sequentis -- Cum alias Sacr. Rituum Congreg. decreverit officia Sanctorum ad libitum non esse transferenda, quando dies eorum festivitatum sunt impediti die Dominico, aut aliquo alio die festorum mobilium; quæstum fuit declarari, quæ regula servanda sit quando occurrunt eodem die cum Officiis Sanctorum Kalendarii proprii, vel translatis; Vel demum semel per hebdomadam, per mensem recitari concessis? Et Sacr. eadem Congregat. respondit, prædicta officia Sanctorum ad libitum, etiam duplicia, occurrentia in diebus Dominicis Octavis, & Natalitiis Sanctorum alicujus Religionis, vel Diocesis ex vi Kalendarii proprii à Sede Apostolica approbati, quamvis sub ritu semiduplici de præcepto celebrandis, non esse transferenda, sed committi debere. Si autem occurrant eodem die, in quo alias aliquod festum translatum poni deberet, tunc liberum fore declaravit eadem officia ad libitum recitare, & officium translatum ulterius ad aliam diem non impeditam transferre. Prout etiam omisso officio, quod semel per hebdomadam, aut per mensem ex Apostolico Indulto recitari concessum est, officium ad libitum eodem die occurrens recitari posse decrevit. Et ita ab omnibus, qui ad horas canonicas tenentur, servari mandavit, die 24. Januarii 1682. Et hic notandum est: quod Congregationes, Religiones, sive Ecclesiæ, vel Nationes, quibus concessum fuit à Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadibus, vel mensibus, possint celebrare officium de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo festo duplici, vel semiduplici, non possunt hujusmodi officia facere in diebus Quadragesimæ,

Adventus, Vigiliarum, & Quatuor temporum, etiam si Indulto de his diebus nulla sit facta specialis mentio, ut novissime declaravit Sac. Congreg. Rituum in subnexo generali Decreto.

## DECRETA Generalia.

### CIRCA RUBRICAS.

„ Cum Sacrorum Rituum Congrega-  
„ tioni demissè supplicatum fuerit se-  
„ quentia dubia declarare.  
„ Primum. An, cum multis Congre-  
„ gationibus, Religionibus, sive Eccle-  
„ siis, vel Nationibus concessum sit à  
„ Sancta Sede Apostolica ut semel, vel  
„ pluries in singulis hebdomadibus, vel  
„ mensibus celebrentur varia Officia per  
„ annum, Verb. Gr. de Sanctissimo Sa-  
„ cramento, vel de Sanctis in diebus non  
„ impeditis aliquo festo duplici, vel se-  
„ miduplici, liceat ejusmodi Officia fa-  
„ cere etiam in diebus Sanctæ Quadra-  
„ gesimæ, Adventus, Vigiliarum, &  
„ Quatuor temporum, etiam si de his  
„ diebus nulla sit facta specialis mentio  
„ in aliquibus Officiorum concessionibus?  
„ Secundum, An dies impeditus festo  
„ duplici, semiduplici pro dictis Officiis  
„ recitandis, intelligantur etiam dies,  
„ in quibus ponendum est Officium de  
„ festo duplici, vel semiduplici transla-  
„ to, quemadmodum dicitur responsum  
„ fuisse olim à Sacra Congregatione;  
„ Quod scilicet festum duplex, vel se-  
„ miduplex etiam translatum, nec non  
„ dies Octavæ sit dies impeditus res-  
„ pectu talium Officiorum.  
„ Tertium. An Regulares absque spe-  
„ ciali privilegio, sed sola communi-  
„ catione privilegiorum aliarum Reli-  
„ gionum possint addere nomen San-  
„ cti Fundatoris in Litanis, & Con-  
„ fiteor,

„ fiteor , itemque recitare Officia , & Missas concessas aliis Religionibus .

„ Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi , & Reverendissimi Domini Cardinalis Colloredo respondit .

„ Ad Primum negativè , & hujusmodi indulgentia non habere locum in feriis Adventus , Quadragesimæ , Quatuor temporum , Vigiliarum , sive cum jejuniis , sive absque jejuniis , nec in feria secunda Rogationum , nec in alia feria , in qua secundam Rubricas sit reponendum Officium Dominicæ .

„ Ad Secundum Affirmativè .

„ Ad Tertium Negativè in omnibus .

„ Et ita declaravit , ac Servari voluit .

„ Ac insuper ut Declarationes , seu Decreta prædicta omnibus innotescant ; typis ea imprimi mandavit . Die 20. Martii 1706 .

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

B. Inghirami Sac. Congr. Secr.

25. DE IDENTITATE. Decretum Generale, quod hoc mandat, reperitur impressum in Breviario. Ad probandam autem Reliquiæ identitatem non requiritur certitudo physica, sed practica, & moralis, ex rationibus probabilibus orta, animum prudentis moventibus ad credendum ita esse, ut clarè habetur ex Decreto Concilii Trid. de reliq. & veneratione Sanctorum. & in cap. placuit de consecr. diff. 1. Probatur igitur identitas, 1. Bullis Pontificiis, aut Instrumentis publicis, 2. Scriptura subscripta à Superiore Ecclesiæ, & duobus testibus, vel saltem subscripta à Superiore cum suo Sigillo, 3. Scriptura etiam non autentica, sed antiqua reperta apud Reliquias, 4. Traditione, seu publica voce, & fama constanti, 5. Lapide marmoreo, aut inscriptione antiqua nomen Sancti continente, ubi Monacelli Form. Pars II.

Reliquia reperitur, 6. Juramento saltem duorum proborum hominum, 7. Ex aliis argumentis, & conjecturis, quibus probatur identitas omnis rei juxta generalem regulam apud Rot. coram Cavalier. decis. 146. numer. 2. & coram Coccin. decis. 1873. numer. 48. Gratian. disc. 554. numer. 56. ubi de nomine, & cognomine.

26. Et hic admonendi sunt Mistagogi, aliivè Favissarum Custodes, ne permittant, quod Sacræ Reliquiæ nudis manibus tangantur, aut nudæ exponantur, sed per Sacerdotes tantum, quando necessitas urget panno serico cooperiantur: nam Romanæ Ecclesiæ consuetudo abhorruit summis digitis corpora Sanctorum eorumque Reliquias attrectare, ut observat Ferrand. Ancien. disquisit. reliq. libro 1. cap. 3. section. 2. §. mirificè: qui Author in §. his autem eodem loco pagina 127. & 128. refert verb. Div. Gregor. relata in Vita, scripta à Joann. Diacono libro 2. capit. 42. ac dicta Legatis Constantiæ Augustæ quæ sunt hæc -- Romanis consuetudo non est, quando Sanctorum Reliquias dant, ut quidquam tangere præsumant de corpore, sed tantummodo in Pyxide Brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora ponitur: Et cap. 2. articul. 3. §. id quid refert aliam Sententiam ejusdem Sancti sic expressam -- In Romanis namque, vel totius Occidentis omnino intolerabile est, atque sacrilegum, si Sanctorum corpora tangere quisque fortasse præsumat, quod si præsumpserit certum est, quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit: quem etiam Divus Carolus in Concil. 4. Proverb. titul. de Sac. Reliq. reassumendo prohibet, nè Sacræ Reliquiæ per laicos cuiusvis ordinis, & Dignitatis tangantur; quod advertit etiam Pac. Jor. lucubr. Tomo tertio libro septimo titul. 1. numer. 130. & 131.

27. Neque patiatur Episcopus, quod tangantur per Moniales, vel afferentur in Clausura; sed omninò curet, quod custodiantur in exteriori Ecclesiæ, ut monet ibid. Pac. Jord. numer. 134. Barbof. collect. decis. Apostol. 506. num. 16. & collect. 646. num. 11. Tambur.

E 3 de

de jur. Abbat. disp. 24. quæst. 2. nu. 5. nec permittat, quod educantur à thecis, si-ve loculis earum, sed vascula in quibus aservantur, & includuntur sint firmiter Sigillo occlusa, Nicol. lucubr. can. lib. 3. tit. 45. n. 4.

**28. UT MISSA CONCORDET CUM OFFICIO.** Rubrica Missalis hæc habet -- Missa quotidie dicitur secundum ordinem Officii &c. & infra -- Missæ votivæ in Missis privatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum quocumque die Officium non est duplex &c. id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa, & quoad fieri potest, Missa cum Officio conveniat. At hodie increbuit ita usus missarum Votivarum, & defunctorum, ut exceptis Dominicis, & festis duplicibus, in pluribus Ecclesiis Suppellectilia Sacra Missæ currentis, juxta Kalendarium correspondentia, nec minus exponantur in Sacrario: quia, vel nemo, vel pauci prædictam Rubricam servant: & id quod fieri non debet frequenter, sine rationabili causa, ut dicta rubrica disponit, jam jam vitio temporum transit in absolutum arbitrium: ideoque Episcopus hic in memoriam reducit Presbyterorum rubricæ dispositionem, ad hoc ut hi, qui præcisam obligationem non habent celebrandi missas Votivas, seu defunctorum, sensui Ecclesiæ conformari procurent.

29. Potest tamen Presbyter sæcularis licite celebrare Missam de Sanctis Regularium in eorum Ecclesiis, recurrente die festo, & se uniformare illorum Ritui, quamvis Officio proprii Kalendarii non conveniant, prout declaravit Sac. Congregat. Rituum in subnexa causa.

PP. Tertii Ordinis Sancti Francisci quærunt.

I. An diebus Dominicis, aliisque diebus quibus in ipsorum Ecclesiis celebratur de Sanctis Ordinis sub ritu duplici, Sacerdotibus exteris ad eam confluentibus, permitti debeat celebratio de Dominica, vel alio festo vel etiam de requiem? & quatenus af-

firmativè, an in Missa de Dominica, aliisque festis, debeant Sacerdotes exteri sui paramenti competentibus diebus Dominicis, & festis, vel possint se conformare paramenti, quibus eisdem diebus utuntur Fratres?

II. An Fratres diebus quibus propria Officia celebrant sub ritu duplici celebrantes in alienis Ecclesiis, possint celebrare Missas cum aliis Officiis concordantes, vel possint celebrare de aliis conformando se ritui eorundem Ecclesiarum, ac etiam de requiem? & quatenus affirmativè quoad primam partem, quid quoad colores paramentorum?

III. An Sacerdotes exteri confluentes ad ipsorum Ecclesias ut supra, & celebrantes de Sanctis Ordinis ser. ser. possint in Missis se uniformare cum Fratribus quoad Credo, & quoad numerum Orationum more duplicium?

IV. An diebus Dominicis, quibus tam Fratres, quam exteri celebrant de Dominica, possint exteri sui coloribus paramentorum, quibus utuntur Fratres ratione altius Octavæ, & Fratres celebrantes in alienis Ecclesiis sui coloribus juxta Ritum eorundem, & an tam exteri in Ecclesiis Fratrum, quam Fratres in alienis, possint apponere commem. Octavæ ut supra occurrentis servata rubrica de duplici Oratione habenda in Dominicis infra octavam?

V. An in officio ad Hymn. Ille Confessor pro SS. Confessoribus quoties eisdem fixa dies est assignata, quæ non est dies obitus, recitari debeat. Veri. Meruit beatas scandere sedes, eo quod re vera Officiam fiat de die obitus, & quatenus affirmativè, an eadem regula servanda sit in Offi-

Officiis de Confessoribus translatis, dummodo Officium sit de die obitus?

Sac. Congreg. Rituum die 11. Junii 1701. respondit.

Ad 1. quoad primam partem dubii negativè, quando festum celebratur cum solemnitate, & concursu populi, & quoad secundam partem jam provisum.

Ad 2. ut ad primum.

Ad 3. Posse.

Ad 4. Posse.

Ad 5. Negativè.

30. **NEC VARIETUR.** Bulla Pii V. Missali præfixa mandat, quod Missa celebretur juxta formam traditam in Rubricis, & prohibet nè fiat ulla mutatio, aut detractio: unde sequitur quod color paramentorum non possit ad libitum variari: qui enim oppositum sentiret, censuram Concilii Tridentini sessione 7. canone 13. incurreret, quia est Rubrica præceptiva, dum jubet per verbum debent, quod necessitatem inducit, ut de statuto per Papam confirmato per verbum debent dixit Rot. coram Cocin. decis. 179. num. 1. & sic meritò Carol. Bartol. à Platea in Opusc. quod edidit Anno 1682. sub titulo *l' Irade Sacra* dixit in Rubrica capit. 5. --- *Che l' uso e diversità prescritta de i colori appartiene à i Sagri Riti, ne potersi trasgredire senza grave colpa, & in corpore --- Dal che chiaramente si scorge, non andare esente di grave peccato, senza causa ragionevole, chi in cosa tanto osservata dalla Chiesa, e di tanta riflessione manca dalla dovuta ubbidienza: & in cap. 33. §. 1. loquendo pariter de coloribus --- Le rubriche obligano à guisa di Leggi sotto pena di colpa grave, non essendo lecito, senza special facultà del Pontefice mutar punto ciò che spetta à i Sagri Riti: à quo non discrepant Gavant. in Rubr. parte 3. Tit. 11. num. 13. Pac. Jord. elucubr. Tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 330. ubi hæc habet --- nihilque addendum, vel præmittendum privata auctoritate, alioquin mortaliter peccatur, nisi levitas materia excuset. Igitur qui in Missis defun-*

ctorum pro Nigro colore uleretur violaceo absque necessitate, rubricam offenderet in re gravi, & non esset immunis à culpa: quia temere illum reduceret, & Ecclesiæ ritibus se conformare contemneret.

31. **SERVETUR QUE INDULTUM ADAMUSSIM.** Plures abusus ipserant in usu Indulorum habendi Oratorium privatum, quos Sac. Congr. Concilii, (Sanctiss. D.N. Clem. XI. approbante) Decreto generali emanato 15. Decembr. 1703. & publicato 8. Jan. 1704. eliminare curavit inhiendo. Primò Episcopis, & majoribus Prælatibus, ac etiam Cardinalibus, ne sub prætextu Privilegii in corpore juris clausi extrà Domum propriæ habitationis (sive intra, sive extrà Diocesim) erigant Altare pro celebranda missa, seu celebrari facere. Secundò Regularibus cujusvis ordinis, etiam Soc. Jesu, & S. Jo: Hierosolymitani, & quibuscumque aliis Sacerdotibus etiam si essent Episcopi, nè audeant celebrare in Oratoriis privatis, quæ per Sedem Apostolicam concedi solent, in diebus solemnioribus Indulto exceptis, in reliquis verò diebus, præter unicam missam hora debita, & nunquam post meridiem. Tertiò declarando, personas contravenientes huic Decreto Ecclesiæ præcepto de audienda missa non satisfacere & Regulares privilegio Altaris portatilis tanquam per Concilium revocato, uti non debere, nec posse. Quartò facultatem delegatam Ordinariis locorum tribuendo, procedendi contra quoscunque contravenientes quamvis Regulares ad pœnas præscriptas à Concilio Sess. 22. ac etiam ad Censuras latæ Sententiæ; ut latius in Decreto quod datur subnexum.

## DECRETUM

## De Celebratione in Oratoriis privatis.

„ Quoniam Sancta sanctè tractanda  
 „ sunt, ac præsertim tremendum in-  
 „ cruenti Sacrificii Mysterium, quod  
 „ omni Religionis cultu, & veneratio-  
 „ ne peragendum est; Propterea super  
 „ observandis, & evitandis in celebra-  
 „ tione Missarum in Sacrosanctis Oecu-  
 „ menicis Conciliis, ac præsertim Tri-  
 „ dentino sub *cap. unico sess. 22.* inter cæ-  
 „ tera statutum est, ut tantum Sacrifi-  
 „ cium solummodò in Ecclesiis, aut Ora-  
 „ toriis Divino tantùm Cultui dicatis ce-  
 „ lebraretur, præcipiendo Episcopis, &  
 „ locorum Ordinariis, nè privatis in Do-  
 „ mibus, atque omninò extrà Eccle-  
 „ siam peragi paterentur; Ac subin-  
 „ de Sacra Congregatio Eminentissimo-  
 „ rum, & Reverendissimorum S. R. E.  
 „ Cardinalium ipsius Concilii Tridenti-  
 „ ni executioni, & interpretationi præ-  
 „ positorem sæpè sæpius per opportuna  
 „ Decrete obrepentes abusus elimina-  
 „ vit. Modernis tamen temporibus in-  
 „ notuit Sanctissimo Domino Nostro,  
 „ quod nonnulli, Episcopi, sub prætex-  
 „ tu Privilegiorum, Cappellis Episco-  
 „ palibus competentium, & complures  
 „ Regulares, sub prætextu Privilegio-  
 „ rum, quæ ipsis à Sancta Sede indulta  
 „ noscuntur per huiusmodi Privilegio-  
 „ rum dilationem, seu potius excessum,  
 „ & abusum in nonnullis Diocæsis,  
 „ præsertim Regni Neapolitani, ac in  
 „ ipsa Neapolis Civitate, ea sibi licere  
 „ putant, quæ permissa non sunt, qui-  
 „ nimò prohibita: Siquidem nonnul-  
 „ li Episcopi, etiam in aliena Diocæsi,  
 „ & extrà *Domum propriæ habitationis*  
 „ in privatis Laicorum Domibus erigi  
 „ faciunt Altare, ibiquè per unum aut

„ plures ex suis Cappellanis vivificam  
 „ Christi Hostiam immolare; Regula-  
 „ res verò in quibusdam Magnatum,  
 „ seu aliarum Nobilium Personarum  
 „ privatis Oratoriis, quæ certis quan-  
 „ doque ex causis à S. Sede Apostolica  
 „ concedi solent, celebrare audent,  
 „ vel plures Missas quàm in ipsis cele-  
 „ brare fit indultum, *vel absque præ-*  
 „ *sentia Personarum, quarum contem-*  
 „ *platione gratiosa concessio emanavit,*  
 „ vel extra debitas horas, & post me-  
 „ ridiem, vel illis etiam diebus, qui-  
 „ bus per Constitutiones Diocæsanas,  
 „ aut etiam per Decreta Sacræ Congre-  
 „ gationis Concilii celebrari prohibe-  
 „ tur, aut quæ in ipsismet Indultis Apo-  
 „ stolicis excipiuntur, quominus in iis  
 „ celebrari possit, aut etiam Altari por-  
 „ tatili uti non verentur in sanctarum  
 „ sanctionum contemptum, ac Sancti  
 „ Sacrificii irreverentiam.

„ Quamobrem ad abusus huiusmodi  
 „ eliminandos, & ad instaurandam ve-  
 „ nerationem tremendo Ministerio de-  
 „ bitam, idem S. S. Dominus Noster ex  
 „ unanimi voto S. R. E. Cardinalium  
 „ Concilii Tridentini Interpretum, in-  
 „ hærendo declarationibus, alià hac de  
 „ re editis, expressè declarant, Episco-  
 „ pis, & his Majoribus Prælatibus, etiam si  
 „ Cardinalatus dignitate fulgentibus, ne-  
 „ que sub prætextu Privilegii clausi in  
 „ corpore Juris, neque alio quocumque  
 „ titulo, ullo modo *licere extra Do-*  
 „ *rum propriæ habitationis* in Domibus  
 „ laicis, etiam in propria Diocæsi, quod  
 „ fortius intelligitur in aliena, etiam si  
 „ Diocæsani consensus adhiberetur, eri-  
 „ gere Altare, ibique Sacrosanctum  
 „ Missæ Sacrificium celebrare, seu cele-  
 „ brari facere, ac pari modo in Oratoriis  
 „ privatis, quæ per S. Sedem concessa  
 „ fuerint, non licere Regularibus cu-  
 „ jusvis Ordinis, aut Instituti, seu Con-  
 „ gregationis, etiam Societatis Jesu,  
 „ aut etiam cujuscumque Ordinis Mili-  
 „ taris, etiam S. Joannis Hierosolymita-  
 „ ni, aut aliis quibuscumque Sacer-  
 „ dotibus, etiam si essent Episcopi, in  
 „ iis celebrare in diebus Paschatis San-  
 „ ctissimæ Resurrectionis, Pentecostes,

„ Nativitatis Domini Nostri Jesu Chri-  
 „ sti, aliisque annis festis solemniori-  
 „ bus, ac diebus in Indulto exceptis.  
 „ In reliquis verò diebus prædictis Re-  
 „ gularibus, seu Sacerdotibus quibus-  
 „ cumque, etiam Episcopis, in præ-  
 „ fatis Oratoriis celebrare non licere,  
 „ ubi etiam unica Missa, quæ in In-  
 „ dulto conceditur, celebrata fuerit,  
 „ super quo celebraturus teneatur dili-  
 „ genter inquirere, & de eo se opti-  
 „ mè informare; Atque illa etiam in  
 „ casibus permissis celebrari nequeat  
 „ post meridiem damnando propterea  
 „ ulterius, ac declarando in omnibus  
 „ hujusmodi casibus, Personas, qua-  
 „ scunque dictas Missas audientes nul-  
 „ latenus Ecclesiæ præcepto satisfacere:  
 „ Quo verò ad altare portatile ite-  
 „ rum inhærendo declarationibus su-  
 „ prædictis, censuit licentias, seu Pri-  
 „ vilegia concessa nonnullis Regulari-  
 „ bus in *cap. in his de privileg.* & per  
 „ aliquos Summos Pontifices Regulari-  
 „ bus communicata, utendi dicto  
 „ Altari portatili, in eoque celebra-  
 „ di absque Ordinariorum licentia in  
 „ locis in quibus degunt, omninò re-  
 „ vocata esse per idem Sacrum Con-  
 „ ciliium, & propterea eosdem Regu-  
 „ lares prohibendos, nè illis utantur,  
 „ ac mandandum, prout præsentis De-  
 „ creti tenore mandati Episcopis, aliis-  
 „ que Ordinariis locorum, ut contra  
 „ quoscumque contravenientes, quam-  
 „ vis Regulares, procedant etiam tan-  
 „ quam Sedis Apostolicæ Delegati, ad  
 „ pœnas præscriptas per idem Sacrum  
 „ Conciliium in dicto Decreto *sess. 22.*  
 „ usque ad censuras latæ sententiæ,  
 „ tributa etiam eisdem facultate per  
 „ hoc Decretum, ita procedendi pe-  
 „ rindè, ac si per S. Sedem speciali-  
 „ ter concessa fuisset. Et ita Sanctitas  
 „ Sua declarat, & servari mandat.  
 „ Romæ hac die 15, Decembris 1703.

B. Card. Panciaticus Præf.

Jo. Dominicus Thomasus Epi-

scopus Tyrenen. S. C. C. Se-  
cret.

Die 8. Mensis Januarii 1704.  
 supradictum Decretum affi-  
 xum, & publicatum fuit  
 in Monte Citorio Curie In-  
 nocentianæ, ac aliis locis so-  
 litis, & consuetis Urbis per  
 me Nicolaum Vasellum SS.  
 D. N. Papæ Curf. Pro D.  
 Mag. Curf. Thomas Or-  
 landus Ap. Curf.

32. Remanet adhuc remove-  
 rum (& fortè non minorem nec sper-  
 nendum) abusum, qui viget, & ne-  
 mo est qui videat, nempe, quòd fa-  
 miliares omnes Domus illius qui In-  
 dulto gaudet, audiendo Missam in pri-  
 vato Oratorio etiam diebus festis, præ-  
 cepto Ecclesiæ satisfecisse arbitrantur,  
 & hoc evenire puto ex ignorantia  
 Clausularum contentarum in Indulto:  
 Nam clausulæ quibus concedi solet  
 Oratorium privatum, hæ sunt regula-  
 riter.

Volumus autem quod familiares servi-  
 tiis tuis tempore dictæ Missæ actu non  
 necessariis, ibidem Missæ hujusmodi in-  
 teressentes, ab obligatione audiendi Mis-  
 sam in Ecclesia diebus festis de præcep-  
 to minime liberi censeatur. Pro Infir-  
 mo autem etiam Nobili.

Sibi, ut etiam diebus, ut præfertur,  
 exceptis, si in illis ob infirmitatem Do-  
 mo egredi non poteris in dicto Oratorio,  
 prædictam unicam Missam celebrari fa-  
 cere, ac illam cum una persona servitiis  
 tuis necessaria dumtaxat audire libere,  
 & licitè valeas. Vel.

In tua, ac unius personæ servitiis  
 tuis necessaria dumtaxat præsentia, ce-  
 lebrari facere libere, & licitè possis,  
 & valeas. Volumus autem quod alii  
 præter supradictam personam Missæ hu-  
 jusmodi ibidem interessentes ab obligatio-  
 ne audiendi Missam in Ecclesia diebus  
 festis de præcepto, minime liberi cescan-  
 tur.

Et pro Oratorio Rurali. In tua, ac  
 familiæ, & Hospitium Nobilium tuo-  
 rum

rum presentia celebrare facere libere, & licite possit. Volumus autem, quod familiares servitiis tuis tempore dictæ Missæ actu non necessariis, ibidem Missæ hujusmodi interessentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minime liberi censeantur.

33. Ex his inquam clausulis (quæ communes, & ordinariæ sunt) clarè patet, quod familiares Indultarii (quorum appellacione veniunt qui actu inserviunt, & vivunt expensis Domini, Barbof. appellat. 96. numero 1. tam sani, quàm infirmi, nisi in actu celebrationis Missæ servitio Domini necessarii sint, Indulto gaudere non possunt; sed ut præcepto Ecclesiæ de audienda missa diebus festis satisfaciant ad Ecclesiam accedere tenentur: non obstante, quod contrarius usus oppositum admittat, quia iste usus est corruptela, & malus abusus contra expressam Papæ intentionem.

34. Neque dicendum, quòd usus, si vè consuetudo contraria dictarum clausularum, interpretativa vigeat etiam in Urbe sciente, & tolerante Pontifice, per quam tolerantiam, videatur dispensare, quia plures dantur responsiones. Prima quod argumentum approbationis desumptum ex præsumpta scientia Papæ nimis probat, & idèd nihil probat quia tolerantia hæc dicitur propriè patientia, qua Princeps dissimulat peccata, & tolerat, sed non approbat, vel quia non deducuntur in iudicio, vel non probantur, vel ex aliis prudentialibus motivis adductis per glos. in cap. denique distinct. 4. verb. venia, transgressores non punit: sed non per hoc illos dispensat: quia ad hunc effectum non sufficit scientia facta, vel præsumpta; sed requiritur vera.

35. Secunda, quod cum de jure communi in cap. 1. cap. sicut, &c. utcuque de consecr. distinct. 1. & juxta mandatum Concilii Trident. sess. 22. de evit. in celebr. Missar. Missa sit celebranda, & audienda in Ecclesia, Indultum Oratorii privati, tanquam odiosum, & præjudiciale cultui Divino, est strictè, & non late interpretandum, Fagnan. in cap. non licet num. 13. & 14. de præb. Unde cum

Papa personas digito designet, & famulis actu non necessariis Indultum non suffragari expressè declaret; lata interpretatio (nec in mente, nec in verbis comprehensa) in exitium vergit salutis transgressorum quia legis transgressio quo clarior, eo pejor, ut inquit Navar. in commentar. 3. de regularibus numero 32.

36. Tertia, quod tunc possit intrare observantia legis interpretativa, quæ excuset transgressores, quoties ex rationabili causa fuit inducta, nec liquet de mente legis, utpotè quia verba sunt ambigua, & apta recipere interpretationem; secùs autem si lex clara est, & de mente non potest dubitari: tunc enim contrarius usus non excusat; quia requiritur scientia certa, & consensus Legislatoris in illum non usum, ut loquendo de Papæ privilegio dixit Rot. coram Merlin. decis. 845. numero 3. Qui consensus positivus tantum abest, quod in nostra hypothese intercedat, quod imò quotidie ex Secretaria Brevium expediuntur Indulta cum illdem clausulis, quod certè Papa non faceret, si per tolerantiam intenderet contrarium assertum usum approbare; sed potius ita videtur Decreto irritanti illum infringere, Rot. d. decis. 845. numero 3. coram Merlin. Cum enim utatur verbo --- Volumus autem &c. dicitur præscripsisse certam, & determinatam formam, quæ præcisè debet adimpleri, ita ut aliter gesta non valeant Rot. coram Cavalcr. decis. 612. num. 17.

37. Minusque objiciatur, quod præfatæ clausulæ apponantur de stylo potius Officialium Secretariæ Brevium, quàm de intentione Papæ, quia talis conditio (quæ est quinta sequentis tenoris --- Quinto ut qui ibidem Missam audiunt non liberentur ab obligatione accedendi diebus præcepti ad Ecclesiam pro Missis audiendis præter eos famulos, & famulas tantum, qui servitio Domini, cui facultas conceditur, fuerint necessarii) fuit de Voto Sac. Congr. Concilii, Papa approbante, in hujusmodi Indulto apposita, prout referunt Fagnan.

in cap. auctoritate post numer. 22. de cens. & Nicol. lucubrat. can. lib. 5. titul. 33. de privil. & excels. post num. 7. ampl. 7. ideò que cum sit conditio, quæ Indultum informat, & sine qua juxta Congregationis Concilii Sententiam à Papa approbatam, concedi non debet, præcisè servanda est: nec ad contrariam observantiam, seu non usum, neque ad Theologos morales pro declaratione, sed ad Papam recurrendum erit: quia ejus est interpretari, cujus est concedere glos. in cap. cum venissent de judic. capit. inter alia de sent. excommunicat. Fagnan. in cap. olim numero 34. de verb. signif.

38. Neque decipi patiatis à nonnullorum ingeniosa, sed futili interpretatione, quam asserunt super illis verbis Indulti — *In tua, ac familie presentia*; sub quibus contineri etiam famulos autumant affirmare; quia hæc clausula intelligi debet de familia Agnaticia, & consanguinea illius, cui Indultum conceditur quæ in eadem Domo habitat; & ejusdem est commensalis, non autem de servili — aliàs frustranea, otiosa, & illusoria esset clausula mox supra examinata & illico induceretur correctio, & contrarietas, quæ semper est vitanda, maxime quando verba sunt clara, ut hic; prout in terminis literarum Papæ observat Rot. coram Coccin. decis. 238. numer. 5. & 6. Et huic familie Agnatorum suffragantur Decreta relata à Nicolio loco supra allegato ampl. 5. & in flosc. verb. Oratorium numero 3.

39. Hæc tamen limita in Oratoriis privatis Episcoporum etiam titularium, quorum privilegium in corpore juris clausum in cap. final. de privil. nunquam fuit abrogatum; nam inibi omnes audientes Missam diebus festis, præcepto Ecclesiæ satisfaciunt, ut ex declaratione Sac. Congreg. Concilii jam dixi in adnot. ad Decret. de commun. quotidian. & advertunt quoque Barbof. collect. decis. Apostol. 541. numer. 5. Nicol. ubi supra lib. 5. ubi alia Decreta refert Gallemart. supra Concil. sessio. 22. de evit. in celebr. Miss. post numero 11.

40. Item limita in Oratoriis, seu Cappellis privatis Cardinalium, qui statim ac ad hanc sublimem Dignitatem promoti sunt gaudent privilegio Altaris viatici ad instar Episcoporum absque alia Indulti expeditione, propter eorum præstantiam, in qua residet tota Majestas Christianæ Reipublicæ: unde Bal. quem refert Rub. singular. tom. 2. part. 4. de præcedent. Protothou. numer. 83. pag. mihi 492. appellat Cætum Cardinalium Senatuum Divinum: sunt enim Dignitate, & officio majores Episcopis, ut solidis fundamentis ostendit Eugen. IV. in sua Bulla impressa in Bullario tom. 1. in ordine la 15. §. 13. 14. & per totum & ideò non per viam extensionis, sed comprehensionis includuntur in dispositione cap. final. de privileg. ut fuso calamo probat Fagnan. in cap. quod nonnullis à numero. 6. usque ad fin. de privileg. Nicol. loco citato limitat. 1. & per consequens auditio Missæ in eorum privatis Cappellis suffragatur omnibus pro adimplemento præcepti diebus festis, Nicol. in flosc. verb. Cardinales numero 8. & in lucubr. loco supra citato limitat. 1.

41. Tertio limita in Oratoriis publicis, quæ habent requisita, & privilegia Ecclesiæ; idest, quæ sunt de licentia Episcopi erecta in loco publico, à privatis Domibus ita separata, ut per eas ad illa iri minimè possit; nec fenestræ in Domibus sint per quas in Oratorium prospectus habeatur: liberque accessus è via publica, cunctis pateat, capax, & decenter ornatum existat, neque aliquid eorum, quæ ad sacrum faciendum necessaria sunt desideretur, ut præscripsit olim Congreg. Episcoporum. in Coninbrien. 1. Julii 1616.

42. Horum tamen Oratoriorum erectio, licet augeat cultum Divinum, & dicatur opus pium, & Religiosum, cui propterea de stricto juris rigore se opponere Parochus non valeat, dummodò jura Parochialia eidem præserventur, ut per plura exempla ostendi tom. 1. tit. 6. annot. ad form. 10. à numero. 9. ad 15. non deberet de facili permitti, præsertim  
Ru-

Ruri : Et si Parochus opponendo succumberet ; renuere deberet quantum potest Episcopus consentire : nisi fieri oporteret erectio ad formam *cap. ad audientiam de Ecclef. edific. vel damnus spirituale*, quod ex multiplicatione hujusmodi Oratoriorum promanat , aliunde reparetur.

Damna inquam , & præjudicia spiritualia quæ exinde proveniunt sunt frequentia . Primò , Plebs caret cathechismo , & non audit verbum Dei : unde non potest scire , quæ sunt necessaria ad salutem , neque Jesum Christum cognoscere , ex qua ignorantia origo peccatorum exurgit .

Secundò , Sacramenta , quibus spiritus alitur , conservatur , & gratia augetur , non frequentantur , & sic remanent Animæ in maximo periculo , præcipuè Rusticorum , quæ lumine , & auxilio indigent plus quàm aliæ .

Tertiò non audiunt vigilias , & festivitates de præcepto , nec denunciations matrimoiorum , & sic non possunt impedimenta ( quæ fortè sciunt ) revelare : nec edicta aliasque ordinationes Superiorum ideoque fiunt inobedientes , & pœnis ad hoc plectuntur .

Quartò non fiunt oblationes , & elemosynæ pro cera , oleo , & suppellecilibus Sacris in obsequium Dei , consuetudines piæ , quibus pietas , religio , cultus Divinus augetur , & fidelium charitas fovetur , tolluntur , & paulatim à Sac. Canonum statutis in *cap. omnis Christianus de consecr. dist. 1. & in cap. statumus 16. quæst. 1.* pœnitentia receditur .

43. *SINT AB ALTARI SUSPENSI* . Ut veram Christi personam gerat Sacerdos celebraturus , tonsuram , quæ spineam Coronam , quam Jesus Rex noster seipsum in ara Crucis oblatum portavit significat , deferre debet cum se accingit ad corpus , & sanguinem Christi offerendum : unde cum defectus hujusmodi habeat conjunctam magnam indecentiam , & Presbyteros , qui illam non deferunt , per longum tempus pec-

care mortaliter teneant DD. à me allegati tom. 1. titul. 5. annos. ad forn. 9. num. 5. quibus nunc addo Navar. manual. confess. par. 2. cap. 25. numer. 110. Lel. Zecch. de republic. Ecclef. in tit. de cleric. ver. 3. de vit. & honestat. abstin. 10. Biff. hierug. lit. O. numer. 6. §. 1. & lit. T. numer. 69. & ratio est quia textus in *cap. prohibete 23. distinct. & in cap. clerici officia de vit. & bon. cler.* imperant ut Clerici deferant coronam , ideoque illorum transgressio est culpa mortalis *cap. nullas 19. dist. Fag. in cap. a crapula numer. 21. de vit. & honest. cleric.* Barbof. de offic. Episcop. alleg. 9. num. 11. merito transgressores Edicti ab Altare suspenduntur : prima , & secunda vice ad breve tempus : crescente autem contumacia , que contemptum gignit , pœna augetur : Cum tunc renuunt subijci ordinationi Canonum , & Superioris , dicuntur transgressores ex contemptu , ut docet Div. Thom. in Summ. quæst. 186. artic. 9. ad 3. quem sequitur Graff. decis. aur. par. 1. lib. 3. cap. 3. numer. 1. & 2. & lib. 4. cap. 3. nu. 27. ideoque non sunt tolerandi , neque excusandi .

44. *ONERA PERPETUA* . Omnis Missarum , quia respicit favorem Animæ , regulariter censetur perpetuum , quoties voluntas Testatoris expressa vel saltem efficaces conjecturæ ejusdem voluntatis in contrarium non habeantur non obstat : & hæc regula procedit , etiam si hæres vel legatarios reperiat gravatus sub nomine proprio , aut per adjectivum *meus , dictus , ipse , infra scriptus* , & hujusmodi , quæ videntur importare temporalitatem : quia his non obstantibus dispositio favore Animæ seu piæ clausuræ successiva , & perpetua reputanda est , & non temporanea , ut de veriori , & communi docent Gratian. *discept. 104. numer. 47. 48. & 49.* Card. de Luc. *de legat. dist. 34. num. 6. & 7. & dist. 42. numer. 8.* ubi advertit , quod cum hæc sit quæstio facti dependens ex testatorum dispositione , non possit regula prædicta omnibus casibus applicari ; at quod per adjectiva prædicta *meus , ipse , infra scriptus* , non restringantur legata ad temporalitatem , nisi aliud obstat , & ita de-

declaravit quoque Congreg. Concilii in Urbanen. 24. Augusti 1669. lib. 16. folio 281. & denuò in alia pariter Urbanen. 14. Junii 1704. in qua hæredes reperiebantur gravati per verba indicantia personalitatem, nullumque aderat verbum perpetuitatis, nec alia conjectura, quæ in cortice verborum comprehenderet hæredes hæredum, & hac sententiam tenet quoque Amostaz. de caus. pns part. 1. lib. 2. cap. 6. n. 37. & 38.

45. Unde admonendi sunt Commissarii R. Fabricæ Sancti Petri de Urbe, ut in dispositionibus, & legatis sic ut supra conceptis non sint faciles Sententias, & Decreta cessationis Legati, & absolutioris favore hæredum proferre: sed in casibus prædictis, & quoties voluntas Testatoris pro temporalitate non sit expressa, ad Sac. Congregation. Fabricæ, vel Concilii pro declaratione recurrant, nè dum hæredes absolvunt, se ipsos illaqueant, cum præjudicio Animarum defunctorum.

46. **DE ADIMPLEMTO EX ACTA RATIO REDDIVALEAT.** Adimplementum onerum Missarum potest probari aliunde, quam per subscriptionem factam in libro: quamvis enim transgressores, qui ibidem non notant celebrare, possint multari, Gavant. Manual. Episcop. verb. Missa n. 60. non tamen debet Episcopus Decreto, sive Edicto mandare, quod si quis ex libro non probaverit Missas juxta onus susceptum

celebrasse, nulla alia probatio admittatur: quia probationes non sunt coarctandæ, & homo non debet quærere æqualem certitudinem in omni materia, & casu, sed eam tantum, quæ ut in pluribus veritatem attingit, & eam quæ proportionatur rei de qua agitur: idèdque si Presbyter, qui onus missarum adimplere tenetur, asserat cum juramento se celebrasse, ei credendum est, licet in libro per incuriam, oblivionem vel alia de causa, non reperiatur descriptus: quia ea quæ pendent ab animo, & conscientia legitime probantur juramento, Gloss. est punctualis, & notabilis in cap. Significasti verb. si ita est de homicid. Et propterea cum Episcopus Civitatis Plebis compellere voluisset Canonicos suæ Cathedralis ad subscribendum folium obligationis applicandi Missam Conventualem, pro Benefactoribus, & ipsi renuendo recursum habuissent ad Sac. Congregat. Concilii, hæc sub die 17. Maii 1704. declaravit illos non teneri, sed sufficere illorum assertionem se celebrasse: quia ex actu celebrationis extrinseco, non infertur directè ad applicationem Sacrificii, quæ ex sola celebrantis assertionem probari potest, & est opinio communis DD. quos cumulat Romaguer. ad Synod. Gerund. lib. 3. tit. 17. cap. 18. numer. 12. Caren. resol. 41. ut autem in legatorum Missarum executione recta procedatur poterit Episcopus uti sequenti Instructione.

## ORDINI , ET ISTRUZIONE

Per l'adempimento degl'Oblighi  
delle Messe.



Finche gli oblighi delle Messe perpetue , o à tempo , ò manuali , che dalla providenza de' fedeli defonti prima di passare da questa all'altra vita , ò dalla carità de' loro Congionti , & amici , ovvero dalla divotione di Pii Benefattori sono stabiliti con assegnamenti di certi Capitoli , ò con limosine quotidiane per la Celebratione di esse , vengano puntualmente adempiti da quelli , che avendo ricevuti gli emolumenti , sono à ciò tenuti , e le povere Anime purganti ricevano ne' debiti tempi i dovuti Suffragii , la Santità di N. Signore Papa CLEMENTE XI. inerendo à i Decreti sopra la Celebratione delle Messe emanati in tempo delle SS. MM. di Urbano VIII. ed Innocentio XII. suoi predecessori , e rinnovandone la puntuale osservanza sotto l'istesse pene in dette Constitutioni contenute , per comandamento espresso datoci à bocca , Ordina , e comanda à tutti i Superiori , Sopraintendenti , Deputati , Sagrestani , Cappellani , & à qualunque altra persona , che con qualsisia titolo , & Ufficio presiede al governo , regolamento , & amministrazione delle Chiese Patriarchali , Basiliche , Collegiate , Parochiali , Monasterj , e Conventi de' Regolari dell'uno , e l'altro sesso , Conservatorj , Congregazioni , Ospedali , Confraternite laicali , e d'ogn' altra Chiesa , Cappella , & Oratorio di Roma , che tanto nel riceverè le limosine delle Messe , quanto nel sodisfare à gli oblighi nella Celebratione delle medesime sia inviolabilmente , & intieramente osservata , e praticata la seguente Istruzione, sotto pena à quelli ,

li , che ò in tutto , ò in parte la trasgrediranno , della sospensione à Divinis , se faranno Preti Secolari , e della privazione della voce attiva , e passiva , e delle Cariche , & Ufficii , se faranno Regolari , & anche d'altre pene pecuniarie , e rispettivamente corporali ad arbitrio della Santità Sua .

*Istruzione per le Messe perpetue .*

**S**I formerà un Catalogo , nel quale si descriveranno distintamente tutti gl' obblighi di Messe Cantate , e piane , si perpetui , come ad tempus , da che provengono , se per Testamento , ò per donazione , ò in altra forma , con li fondi che sono stati lasciati per Dote di ciaschedun' obbligo , egl' Altari in cui si devono soddisfare .

Il detto Catalogo doveranno esibirlo poi al Signor Angelo Santelli Computista Deputato da Sua Santità , che gli farà fatto l'esibito , e gli farà reso .

Doveranno in oltre tenere la Tabella distinta di tutti detti obblighi con la espressione del nome del Benefattore , & Indicatione del Testamento , ò altro Instrumento che vi sia , cioè per quali atti , e di che tempo , e repartitamente con li Colonnelli distinti delle Messe Cantate , Messe quotidiane , Messe d'ogni Mese , Messe d'ogni Settimana , ò altri obblighi temporanei , & si sono lasciati , che si celebrino con l'espressione dell'Altare , in cui si doveranno celebrare &c. Qual Tabella doverà esser riconosciuta , e sottoscritta da Monsignore Segretario della Sagra Visita Apostolica pro tempore , e Computista Deputato , e si debba tenere affissa nella Sagrestia in luogo patente , come dispongono le Constitutioni Apostoliche , e che da essa non si possa levare , nè aggiungere partita alcuna senza ritornare à riconoscersi , e sottoscriversi da medesimi , e succedendo infra Annum qualche lascita si debba portare tanto il Catalogo , quanto detta Tabella per poterli notare .

In oltre doveranno tenere due Libri ,

uno per l'obblighi perpetui , e l'altro per le Messe avventitie , come dispongono le medesime Constitutioni Apostoliche , e questi doveranno regularsi nel modo come si dirà in appresso .

Il Libro delle Messe perpetue si doverà intavolare Anno per Anno , e doverà esser finito d'intavolare dentro il mese di Ottobre di ciaschedun' Anno per l'Anno avvenire , e nelli mesi di Novembre , e Dicembre esibirli al Computista deputato da Nostro Signore , acciò riconosca se son ben intavolati , e li contrafegni , e faccia sottoscrivere à Monsignore Segretario della Sagra Visita Apostolica pro tempore , e li Libri Vecchi in cui appariranno notate le Celebrationi dell'Anno antecedente , si doveranno parimente esibire al medesimo dentro il mese di Gennaio susseguente all'Anno finito , acciò si riconosca se sia adempito à tutti l'obblighi , e non essendo adempito in qualche cosa si deduca la Causa , acciò si possano pigliare quell'espedienti , che pareranno più proprii .

*Il modo d'intavolare detti Libri sarà il seguente , cioè .*

Si debba tenere un Libro bislungo per le Messe perpetue , nel quale in prima Carta si devono descrivere partita per partita gl' obblighi delle Messe perpetue , che vi sono , cioè

*Messe Cantate Messe basse .*

Per l' Anima di Pietro N. N. una Messa quotidiana bassa , & un' Anniversario il giorno

del-

della sua morte, che fù  
li... come in Tabella  
num. primo

num. 1. num. 365.

Per l'Anima di Paolo . N. N. una Messa il mese bassa, come in Tabella num. 2.

num. num. 12.

Per l'uscita di Francesco N. N. una Messa ogni Venerdì, come in Tabella num. 3.

num. num. 52.

Per l'uscita di Gio: N. N. Messe 50. l'Anno, come in Tabella num. 4.

num. num. 50.

num. 1. num. 479.

E così di altre che potessero esservi andar notando sotto detto rigo ultimo, e chiudere poi la somma dell'intero delle Messe, che si doveranno celebrare in tutto l'Anno, & il medesimo se vi sono altri Anniversarii con la medesima dichiarazione, e succedendo poi infra Annum qualche altra uscita aggiungerla come sopra.

Si noterà poi nella Carta susseguente à correlatione della nota sudetta giornata per giornata, cioè nel mezzo Adì primo Gennaio, & in margine dire num. 1. Messa per l'Anima di N. N. e se sono quattro Messe quotidiane di diversi, notare sotto il medesimo giorno, quattro partite distinte per l'obbligo, che vi è, e così andar seguitando, & in quella giornata che cade il Venerdì, Sabato, o altro giorno fisso, che vi sia qualche disposizione, aggiungere la partita in quel giorno distintamente, che in fin d'Anno il numero delle Messe tirato in margine verrà à corrispondere con la prima nota fatta in primo foglio del detto Libro per essempio.

*Adì primo Gennaio 1705. Giovedì.*

Num. 1. Per l'Anima di Pietro N. N.

Num. 1. Per l'Anima di Paolo N. N.

2. detto Venerdì.

Num. 1. Per l'Anima di Pietro N. N.

Num. 1. Per l'Anima di Francesco N. N.

Num. 1. Per l'Anima di Gio: N. N.

3. detto Sabato.

Num. 1. Per l'Anima di Pietro N. N.

In oltre debba ogni Sacerdote, tanto Cappellano fisso della Messa quotidiana, quanto ogn'altro, ch' haverà cura di celebrare per l'oblihi infra Settimana, celebrato ch' haverà la sua Messa, notarci dirimpetto alla sua partita dell'obbligo per il quale hà celebrato, N. N. Celebravi, & in questa forma resteranno adempite le disposizioni nel modo che sono state lasciate, & apparirà chiaramente la Celebratione.

Per ovviare à qualche disordine, che potesse succedere in quelle Chiese, dove vi è maggior numero di Messe per oblihi fissi da celebrarsi, dove si può dar il caso ch' escano più Sacerdoti à celebrare nel medesimo tempo, & uno ritornando prima metta il Celebravi in quelle partite, che havessè adempito un' altro; Si ordina che il Sacerdote quando va in Sagrestia per prepararsi ricorra al Libro, e riconosca la sua partita vacante dove deve mettere il Celebravi per chi la deve dire, e metta subito il suo Nome, Cognome, e celebrato che haverà, aggiunti al detto nome, Celebravi, che in questa forma ogn'uno che arriverà, che non vederà la partita contrasegnata come sopra, saprà quella doverà celebrare, e non ne succederà confusione.

In caso poi che in quel giorno, che si deve celebrare per adempimento dell'obbligo, fusse qualche Sacerdote accidentalmente impedito, onde in detto giorno non restasse celebrata la Messa, devendosi rimetter dopo, noterà quel-

quello che celebrerà, N. N. Celebravi sub die tali &c. perche senza detta dichiarazione non verrebbe à corrispondere alla giornata che vi farà il celebravi come l'altre.

*Per le Messe avventitie.*

Si riterrà il solito libro, nel quale si notano l'Elemosine, che vengono portate da' Benefattori, e queste si dovranno descrivere distintamente se siano Votive, ò pro Defunctis & il numero esprimerlo dentro la partita in lettera con tirarlo fuori per abbaco, come per esempio.

Messe due per Defonti num. 2.  
 Messe tre per S. Antonio num. 3.  
 Messe quattro per S. Francesco num. 4.  
 Le Messe notate in detto libro si dovranno poi riportare in un' altro libro da

tenersi in Sagrestia, nel quale si dovrà notare Messa per Messa ad effetto che il Sacerdote possa all'incontro mettere il Celebravi nel modo come si è detto nelle Messe perpetue, e se ne dà la norma come appresso.

Messa una per Defonti	num. 1.
Messa una per Defonti	num. 1.
Messa una per S. Antonio	num. 1.
Messa una per S. Antonio	num. 1.
Messa una per S. Antonio	num. 1.
Messa una per S. Francesco	num. 1.
Messa una per S. Francesco	num. 1.
Messa una per S. Francesco	num. 1.
Messa una per S. Francesco	num. 1.

Quelle Messe che non si faranno finite di celebrare in quell' Anno, che si sono havuto l'Elemosine, si dovranno riportare nell' Anno susseguente, e notarle in prima partita con l'istesso ordine di sopra.

**P**ROCURI per tanto ciascuno di dare pronta esecuzione a quanto si ordina per espresso commandamento di Sua Santità, altrimenti si procederà contro li trasgressori rigorosamente alle pene di sopra comminate. E perche niuno possa in qualsivoglia tempo allegare ignoranza di quanto nella sopra espressa Istruzione si prescrive, si dovrà in ciascuna Sagrestia delle sopranominate Chiese, & Oratorii tenere continuamente affisso in luogo visibile un' esemplare del presente Editto, sotto pena in caso di contravenzione di scudi dieci d'oro da pagarli irremissibilmente dal Sagrestano se sarà Prete Secolare, e della privazione della Carica, & inabilità a qualsivoglia Uffizio per cinque Anni, se sarà Regolare.

Dato il primo Ottobre 1704.

Gioseppe Domenico de Totis Segr. della Sacra Visita Apost.

Nicolò Pignatelli Commissario, e Fiscale della S. Visita Apost.

Paolo Fatii Notaro delle Sacre Congregationi.

47. Pro exigendis rationibus adimplementi Missarum, aliorumve piorum operum licet Episcopus illiusque officialis, & ministri quicquam recipere non valeant, ut pluries declaravit Congr. Monacelli Form. Pars II.

Concilio, & mandat Taxa Innocentiana de qua dixi tom. 1. titul. 1. annot. ad form. 14. num. 11. nihilominus si Revisor aut Commissarius Delegatus non sit officialis Episcopi, potest non obstan-

F te

te prohibitione d. Innocentianæ; mercedem habere & exigere; nam cum Curia Archiepiscop. Beneventana recursum fecisset ad d. Congregat. pro aliqua provisione habenda, sub die 7. Junii 1583. Congr. Conc. censuit dandam eise sequentem declarationem in Verulana.

Die 30. Januarii 1683. Precibus ampliatæ annuentibus Em. PP. Sac. Congreg. Concilii eidem benignè indulgent facultatem assignandi julium unum pro qualibet die Commissario deputando pro Compellendis ad satisfactionem debitoribus Confraternitatum pro tempore quo hujusmodi munus exercet, dummodo tamen persona deputanda, ampliatæ servitio addicta non sit, lib. Dec. 35. fol. 283.

Et alia Pifauren. cum Promotor Fiscalis supplicasset injungi Episcopo ut assignata congrua mercede deputaret aliquem, qui computa revideret; credita exigeret, & libros Magistrorum: redditus, & exitus Hospitalis Castri Candelabri conficeret. Die 11. Decemb. 1683 Sac. Cong. Eccl. audito Episcopo commisit eidem ut veris existentibus narratis, deputet ad affectum supra expressos Virum idoneum non tamen sui ipsius familiarem, assignato eidem congruo salario pro suo arbitrio, & conscientia.

Et in Suefsana proposito dubio. An Episcopus assignare possit aliquam portionem à locis Piiis solvendam Computistis, seu Revisoribus deputandis pro revisione computorum, pro eorum mercede, ac labore administrationis factæ per Æconomos locorum Piorum. Die 7. Septembris 1687. Sac. Eccl. respondit, posse ab Ordinario assignari Revisoribus aliquam mercedem pro rata dumtaxat puri, & meri laboris, lib. 37. Dec. fol. 448.

48. TAM IN VISITATIONE, QUAM EXTRA. Ordinarii locorum vigore cap. 9. sess. 22. de reform. possunt à quibuscumque Administratoribus locorum Piorum rationem exigere tam in visitatione, quam extra, etiam per suum delegatum Sac. Congr. Concilii in Hispanen. 11. Januarii 1596. lib. Dec. 18. pag. 1037. Gallimart. supra Concil. Trid. cap. 9. sess. 22. de reform. §. penult. Pignatell. consult. 15. n. 37. tom. 7. imò & juramentum de fideliter administrando ab eis requirere ead.

Congr. in Aliphana 18. Jul. 1705. & ad hunc effectum requirere à visitatis libros, legata, fundationes, solidationes, Instrumenta &c. & quatenus visitati teneant exhibere, censuras contra eos infligere Sac. Congr. Concilii in Calaguritana 18. Junii 1701.

49. Hæc autem facultas competit etiam in Ecclesias pertinentes ad Fratres Cappellanos Religionis Hierosolimitane, in quibus Episcopus visitator, sive ejus Delegatus, potest fundationes Beneficiorum recognoscere, & an piæ testantium voluntates executioni mandentur, onera Misarum adimpleantur, rationem administrationis à Cappellanis exigere, Decreta edere, & circa alia, quæ materiam peccati concernunt exquirere, & investigare, ut dividualiter respondit eadem Sac. Congreg. in Vulturarien. 17. Maii 1653. lib. Dec. 29. fol. 249. confirmata 26. Febr. 1684. in Deribusen. lib. 34. fol. 57.

50. Quo verò ad Ecclesias subjectas Capitulo Lateranensi adfunt resolutione Sac. Congr. Concilii, quas retuli tom. 1. tit. 5. annot. ad for. 2. nu. 3. super quibus re-proposita causa 4. Maii 1702. ead. Congreg. respondit. Ad 1. in decis. Ad 2. in decis. Ad 3. in decis. quoad primam partem, præterquam quoad Archiconfraternitates erectas auctoritate Capituli, & quoad secundam in decis. Ad 4. in decis. Ad 5. quoad primam partem affirmativè, quoad institutionem auctorizabilem tantum, quo verò ad secundam partem affirmativè. Ad 6. dilata, Ad 7. in decis.

51. Et iterum in eadem causa, & inter easdem partes propositis novis dubiis.

- I. An sine subdelegatione speciali subdelegatus ab Episcopo ad visitandam Diocesim, possit visitare Ecclesias, Confraternitates, & loca Pia fundata in solo Lateranensi?
- II. An d. subdelegatio specialis debeat à subdelegato ostendi, & inseri actus Visitacionis?
- III. An Episcopus, vel ab eo delegatus teneatur declarare expresse se visitare jure delegato?
- IV. An Vicarius Lateranensis in Visitacione quam facit in jure Ordinario, possit petere ut sita esset.

offendantur aella Visitationis facta ab Episcopo, vel ejus Delegato?

V. An Ecclesias Parochiales fundatas in solo Lateranensi valeat Episcopus visitare jure ordinario? 17. Novemb. 1703. Sac. Congreg. &c. respondit.

Ad 1. Negativè, & quoad Confraternitates juxta resolutiones jam factas.

Ad 2. Affirmativè.

Ad 3. Affirmativè.

Ad 4. Affirmativè, non tamen auctoritativè ad effectum corrigendi.

Ad 5. Negativè.

In visitatione autem Congregationum Presbyterorum Oratorii S. Philippi Neri debet Episcopus advertere, quod licet hi subsint jurisdictioni Ordinariorum locorum, non possunt tamen removeri, aut exturbari ab observatione proprii Instituti juxta formam Brevis Gregorii XV. quod hic per extensum datur.

Motus proprius Greg. XV. super regimine Domorum Congregationis Oratorii S. Philippi Neri, & Visitatione earumdem Ordinariorum locorum.

## GREGORIUS XV.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EX injunctio nobis de super Apostolicae servitutis officio, hisque pro Congregationum quarumlibet ad Divini Nominis laudem, & gloriam, ac Populorum edificationem, animarumque salutem provide sancteque institutarum, ac personarum in eis suis exercitiis, atque altissimi obsequiis vacantium felici regimine statuta, & ordinata sunt, ut firma perpetuo remaneant Apostolicae confirmationis robur libenter adiciamus

aliasque disponimus, prout conspicimus salubriter expedire in Domino. Cum itaque sicut accepimus, inter statuta dilectorum Filiorum Presbyterorum Congregationis Oratorii in Ecclesia Beatae Mariae in Vallicella nuncupatae de Urbe à S. Filippo Nerio instituta per sel. rec. Paulum Papam V. praedecessorem nostrum approbata, & confirmata infrascriptum reperiaten. sequen. videlicet. Statutum est ne Congregatio alibi illum locum recipiat neque alterius Congregendae suscipiat onus, si quaerè verò aliorum locorum Collegia, & Congregationes nostra instituta obtinuerint, & servare voluerint, non sint illa quidem nostrae annexa neque Clerici eorum sint è Congregatione Orat. Romani quemadmodum esse debet instituti, ut unaquaeque Domus, ac familia nostrae formam imitata separatim ab iis se per se regat, ac moderetur. Nos credentes statuti hujusmodi observantiam dictae Congregationis mantentioni admodum necessariam fore, Idcirco motu proprio, & certa scientia, ac matura deliberatione nostris, statutum insertum praedictum Apostolica auctoritate praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Inhibentes propterea sub excommunicationis, aliique sententis, censuris, & poenis Ecclesiasticis arbitrio nostro infligendis, ne plures dictae Congregationis Domus neque tanquam principales, neque tanquam membra à se invicem dependere in simul uniri, & in quavis Civitate, Terra, seu loco plusquam una Domus d. Congregationis erigi, seu, institui possit. Quocirca universis, & singulis locorum Ordinariis, ne ullam dictae Congreg. Domum, nisi juxta statutorum praedictorum formam, & tenorem, nec aliter, nec alio modo visitare minusve quovis casu pro tempore contingente, ac sub quocumque praetextu, aut quocumque colore, aliquam ipsius Congregationis personam è d. Congregatione extrahere, aut ab observatione sui instituti removere audeant, seu praesumant, auctoritate, & tenore praedictis interdiximus, & prohibemus. Decernentes praesentes literas perpetuo validas, firmas, & efficaces existere.

F. 2. se.

tere, & fore suosque plenarios, & integro effectus sortiri, & obtinere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem locorum Ordinariis, & quibusvis aliis personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenorem, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suorum permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Julii 1622. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Loco ✠ Annali Piscatoris.

S. Card. S. Susannæ.

Approbatio Statutorum in forma specifica Congregationis Oratorii de Urbe concessa à Paulo V. de qua in supra relato Brevi fit mentio, (& præsertim statuti ibidem inserti) reperitur impressa in Bull. Rom. tom. 3. in Append. Bull. d. Pontificis pag. 52. & 53. cap. 4. Const. 4. alias 92.

52. Decreta autem Visitationis Episcopi, sive ejus Delegati facta pro prædictis locis, & Ecclesiis observanda sunt, & exequenda: nec Visitatores Ordinarii harum Ecclesiarum, qui habent cum Episcopo cumulativam possunt illa infringere, corrigere seu mutare, vel contrarium decernere, ut patet ex responsione data ad 4. dubium ultimæ propositionis dictæ Causæ Militen; & prius eadem Congregatio declaraverat 9. Decemb. 1651 in Calaritano dum aliis auctoritatibus allegatis tom. 1. tit. 5. annot. ad form. 2. nu. 2.

53. In locis autem, & Ecclesiis, quæ sub Regum immediata protectione sunt, Episcopi possunt visitare, & recognoscere decentiam Divini cultus, & alia facere, & inquirere, quæ pertinent ad sacra My-

steria: quia quoad hoc in nihilo derogatum fuit per Concil. Trid. cap. 8. sess. 22. de refor. jurisdictionis Episcopi, ut S. Congr. respondit Episcopo Lerien. occasione Visitationis liminum 13. Septemb. 1636. lib. 15. Dec. pag. 423. in qua responsione pro instructione additur quod protectio Regia ad effectum exemptionis contentæ in textu Concilii, non acquiratur per simplicem receptionem in protectionem, Barbof. supra d. cap. 8. sess. 22. de refor. n. 30.

Ecclesias autem etiam Curatas (illarumque Rectores) quæ Sanctæ Domui Lauretanæ unita, annexa, vel ab ea dependentia sunt in quibusvis Diocæsiibus existant, Episcopus visitat, & corrigit tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, ut habetur expresse in Bulla Innocentii XII. emanata anno 1698. super forma regiminis d. Almæ Domus S. quoniam verò: in qua ejusdem Sanctæ Domus coloni, & officiales ubicunque existant jurisdictioni Episcoporum subijciuntur §. 9. ibi -- Quoniam vero nonnullæ Ecclesiæ, seu Beneficia etiam Curata præfatæ Sanctæ Domui seu Cappelle unita, annexa, vel ab ea dependentia non in Lauretana solum, sed in quampluribus etiam aliis Diocæsiibus reperiuntur, ut eorumdem Ecclesiarum, Beneficiorumque bono regimini, recteque administrationi consultum sit, easdem Ecclesiæ, earumque Rectores, aliosque Ministros quoscumque, Episcoporum, aliorumque Ordinariorum in quorum respectivè Diocæsiibus sita sunt, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatorum, jurisdictionis, visitationi, & correctioni, sub Congregationis tamen, ut supra à nobis erectæ regimine, & omnimoda dependentia, subesse volumus, & mandamus, idemque prorsus quoad omnes, & singulos Colonos, sive Officiales ejusdem Sanctæ Domus extra Diocæsim Lauretanam ubilibet existentes, ad debitum tamen numerum ut supra redircendos, servari statuimus.

54. Præterea Episcopus dum visitat, debet celeriter quantum res postulat se expedire, & ad actus extraneos non se divertere, ne visitati graventur expensis, ut pluries monuit Congr. Concilii; & præcipue in una Bosanen. in qua ad instantiam Capituli Collegiæ Campi Bassi propositis sequentibus dubiis.

- I. An Episcopus teneatur singulis annis visitare totam Diocesim?
  - II. Qualis debeat esse comitatus ejusdem Episcopi visitantis ad effectum præstationis victualium?
  - III. Per quod tempus in locis visitandis sint eis præstanda victualia?
  - IV. An obtinentes Beneficia simplicia, seu Cappellanas in titulum teneantur contribuere dictis victualibus?
  - V. An eisdem victualibus teneantur contribuere Confraternitates laicorum?
  - VI. An Episcopo accedente ad conferendum Sacramentum Confirmationis, teneantur Universitates præstare victualia, seu procuracionem?
- Die 14. Decemb. 1654. respondit.
- Ad 1. Affirmativè, & si legitime impeditus fuerit per suum Vicarium Generalem, vel alium Visitatorem idoneum debet visitare, ita ut saltem toto biennio visitatio absolvatur.
- Ad 2. Episcopum debere esse contentum de moderato ac modesto equitatu, ac famulatu.
- Ad 3. Per Episcopum celeberrè Visitacionem esse absolvendam, & ad actus extraneos non esse divertendum?
- Ad 4. obtinentes Beneficia seu Cappellanas in titulum teneri pro rata contribuere?
- Ad 5. Confraternitates visitatas, teneri ad eandem contributionem pro rata.
- Ad 6. non esse administranda victualia, nisi concurrat consuetudo legitime præscripta. Li. 19. Dec. p. 428.

tur Missas celebrare per se ipsos, si adfit præceptum Testatoris, seu Fundatoris ita conceptum -- e se alle volte non potessero celebrare, faccino celebrare per altri, ut respondit Congr. Concil. 18. Decembr. 1688.

Non obstante allegata in contrarium quadam dec. Merlini lib. 38. fol. 618. Et si tenentur vigore obligationis, & legati celebrare quotidie, semel in hebdomada per alium poterunt celebrare; ut ab ead. Congr. decisum refert Nicol. lucubr. can. lib. 3. tit. 41. de celebrat. Missar. post n. 29. & tenentur applicare Sacrificium pro Cappellaniæ, seu Beneficii Fundatore, etiam si non reperiatur explicitè expressum, quoties ille non declaravit relinquere sacrificii applicationem in libertate celebrantis, ut declaravit S. Cong. Concilii 2. Julii 1669. & 18. Augusti 1688. lib. 26. Dec. fol. 61. & apud Pignatell. consult. 139. n. 13. & 14. tom. 1. qui tamquam verissimam propositionem hanc tuetur, & concordat Bonac. de Sacram. Euchar. disp. 4. quæst. ult. punct. 7. §. 2. n. 13.

56. Non tamen tenentur Missas celebrare tempore, quo Capitale Dotis assignatæ est otiosum, & infructiferum sine eorum culpa ead. Congreg. in Forosempronien. 7. Junii 1686. ad 5. & in Monopolitana 8. Aug. 1705. cum aliis quos allegavi tom. 1. tit. 6. annot. ad form. 9. nu. 1. & 2. Neque ab Episcopo cogi possunt, sed tantum hortari, ad celebrandum certis diebus, & horis in Cathedrali, in qua reperiuntur Cappellaniæ, si in fundacione hoc eis non reperiatur injunctum, ead. Congreg. Concil. in Pisauran. 6. Aprilis 1647. lib. 18. Dec. pag. 321. posset tamen illos astringere (non Censuris) ad providendum de proprio paramenta, ut respondit Congr. Episc. in Surrentina 11. Aprilis 1589.

57. Cappellanus five Beneficiatus cui reperitur injunctum, quod celebret annuatim unum Anniversarium quindecim, vel viginti Missarum pro Anima Fundatoris, non tenetur celebrari facere Missam cantatam: quia nisi aliud exprimatur in fundacione; tale Anniversarium intelligitur de quindecim vel viginti Missis privatis, eadem anniversaria die celebrandis in loco,

55. PER CAPPELLANOS, ET BENEFICIATOS ADIMPLEANTUR. Cappellani, & Beneficiati tenentur Monacelli Form. Pars II.

F 3 co,

co, Cappellano, seu hæredi, seu Beneficiato bene viso *Congr. Concilii in Placentina* 13. Jan. 1691. Si autem reperiat in iunctum, quod celebrantur singulis annis Missæ 30. S. Gregorii pro defunctis in Ecclesia N. per Sacerdotem eligendum a N. cui solvantur pro elemosyna scuta decem, vel duodecim; Cappellanus Sacerdos sic electus, tenetur per se ipsum celebrare, nec poterit dare elemosynam currentem alteri Sacerdoti, qui præfatas Missas celebret, retento sibi quod superest, ut *Sacr. Congreg. Concilii* requisita respondit 21. Februarii 1688. & repropósito iterum dubio 17. Julii ejusdem anni, responsum confirmavit *lib. 38. Dec. fol. 89. 339. 340.* & expressè habetur quoque in Decretis de celebratione Missarum relatis in *Appendice tom. 1. pag. 346. & seqq.*

58. **NEC TRANSFERANTUR.** Missarum onera relicta in certa Ecclesia, seu Cappella, alio trasferri non possunt absque Sedis Apostolicæ licentia Nicol. in *fasc. verb. Missa num. 18.* Antonell. de *loco legal. lib. 1. cap. 5. num. 11.* *Sacr. Congr. Concilii in Brixien. 1. Decembr. 1686.* ad alias translatio nulla est: quamvis fieret auctoritate Exequutorum Testamentorum, qui talem facultatem expressam non haberent, *ead. Congregat. in Derthonen. 4. Junii 1701.* quia cum sit actus commutationis voluntatis, ab inferiori exerceri non potest, ideoque Cappellanus, sive Beneficiatus alibi quam in loco præscripto celebrando, peccaret mortaliter, ut tradunt Ric. in *prax. part. 4. resol. 95. num. 2.* Bonacin. de *Sacram. Euchar. disp. 4. quæst. ult. punct. 7. §. 4. numer. 2.* ubi dat concordantes, nisi ageretur de translatione provisionali facta auctoritate Episcopi ob aliquam rationabilem causam putata, quia locus determinatus sit impeditus, vel Ecclesia esset diruta; nam tunc non commutatur voluntas, sed ex causa alteratur in re accidentali, quod ab Ordinario fieri potest vigore facultatis sibi tributæ à *Conc. Trident. sess. 22. cap. 6. de reform. Ric. in prax. d. part. 4. resol. 104. per tot. Gavant. de rubr. præcept. part. 3. tit. 12. num. 3.* Tondut. *quæst. benef. tom. 1. c. 68. n. 11. & 12.*

59. Ampla ut neque Nuntius Apo-

stolicus possit concedere Indultum, quod Missæ celebrandæ in loco à Testatore designato alibi celebrantur, ut respondit *Sacr. Congregat. Conc. in Giennen. 18. Augusti 1703.* At si locus à Testatore designatus non esset, tunc illius hæres poterit ad libitum Missas celebrari facere in quacumque Ecclesia sibi bene visa *eadem Congregat. 13. Januarii 1685. & in Tiburtina 29. Novembris 1687. lib. 37. Decret. fol. 662.* licet in hac ultima adisset Decretum Sinodale, quo hortabantur hæres, ut Missas celebrare facerent in Ecclesiis in quibus tumulati reperiebantur Testatore, juxta plurium DD. Sententiam, qui tenent, quoties locus non est determinatur, celebrari debeant prout sunt Ricc. in *prax. par. 4. resol. 97. nu. 1.* Capon. *disceptat. 196. n. 20.* & alii pluries cumulari à Samuel. de *sepulchr. tract. 2. disp. 2. contr. 7. per tot.*

60. Ampla secundò, ut non solum Missæ de loco ad locum contra Defuncti voluntatem transferendæ non sint: sed neque debeant à Cappellanis, & Beneficiatis celebrari diverso tempore a designato, & die specialiter à Testatore voluto, & expresso: alias anticipatè, sive præposterè adimplentes (nisi aliqua rationabilis causa, aut impedimentum alter facendum suadet) facerent contra defuncti voluntatem, quæ etiam in minimis servanda est. Ricc. in *prax. part. 4. d. resolut. 95. num. 3.* Bonac. de *Sacram. Euchar. disp. 4. quæst. ult. punct. 7. prop. 3. nu. 7. & §. 5. num. 4. vers. dixi per se loquendo.* Donat. *prax. rer. regular. tom. 3. tract. 7. quæst. 82. num. 2.* videndus Amotiaz. de *caus. piis lib. 2. c. 3. num. 43.*

61. Quid si fiat translato Ecclesiæ Parochialis, Collegii Regularium, Monasterium, vel Canonicorum de uno ad alium locum ab habente potestatem: an inquam celebratio Missarum sit expediendâ in priori Ecclesia translata, & regulariter loquendo, si expressè non constat de contraria mente Testatoris sive fundatoris, Missæ celebrandæ erunt in Ecclesia ad quam legitime fuit facta translatio; præsertim quando locus non fuit principaliter contemplatus, sed personæ: Nam cum sit onus reale transit cum

Ec-

Ecclesia, & Testator imponendo onus Missarum principaliter respicit remedium animæ suæ, quod non magis ex una, quam ex alia Ecclesia provenit, ut magistraliter firmat Rot. cotam Seraphin. *decis. 1149. per totam*, in hoc articulo semper videnda.

62. At si Testator in legato Missarum contemplavit principaliter Ecclesiam, vel locum, tunc si Ecclesia, vel Collegium transferatur, Missarum onera non transferuntur, sed erunt adimplenda in prima Ecclesia, ut communiter D. D. distinguunt, & præsertim Passerin. *de stat. hom. tom. 2. quest. 187. artic. 4. num. 1183. cum pluribus seqq.* Franc. *de Eccles. Cathedral. cap. 7. num. 82. & seqq.* Tunc autem locus censeretur contemplatus, si legatum Missarum esset factum pro commoditate Populi in loco existentis. Secundò, si esset relictum ratione cultus alicujus Imaginis, quæ ibi speciali cultu fidelium veneraretur, aut ipse Testator erga illam devotionem peculiarem haberet (quod ex verbis dispositionis, aliisque circumstantiis colligi poterit) Passerin. *ubi supra numer. 1189.* Tertio si legatum Missarum esset relictum Ecclesiæ in qua reperitur erecta Confraternitas laicorum: nam tunc si legatum non sit factum expressè intuitu ipsius Confraternitatis, sed Ecclesiæ (in dubio præsumendum est) recedente Confraternitate, Missæ, & aliæ foundationes non transferuntur, sed remanent in prima Ecclesia, Tondut. *quest. benefic. tom. 1. cap. 43. n. 15.*

63. **NEC REDUCANTUR.** Missarum numerus à Testatoribus, Donatoribus, aliisque Benefactoribus relictus, & postquam onus acceptatum fuit, absque licentia Sac. Congregat. Concilii hodie reduci non potest, prout statuit Urbanus VIII. anno 1625. & annovavit Innocent. XII. anno 1694. ut patet ex Bulla per extensum data in *Appendice tom. 1. pag. 346.* Verum quoties vigore facultatis obtentæ reduci debet, unum ab Ordinariis avertendum erit nempe, quod elemosyna Rectoris Beneficii, seu Cappellani, non erit regulando juxta taxam fortè præscriptam in Synodo pro Beneficiis, & Cappellaniis perpetuis erigen-

dis, puta duorum juliorum, vel quindecim, aut decem, & septem assium pro qualibet Missa; sed toties quoties fit reductio ob diminutionem, & deperditionem reddituum, & fructum Dotis in fundatione assignatæ, semper juxta stylum ejusdem Sac. Congregationis, erit facienda ad manuales elemosynas habita ratione ad utensilia necessaria pro celebratione eadem Congregat. 26. Martii 1679. & 31. Martii 1695. in Romana, Neque ad retardandam reductionem, habenda erit ratio de ubertate reddituum exactorum in præteritum: aded ut, qui per multos annos recipit pro Missis celebratis duplex stipendium, illud teneatur compensare in causa decrementi; quia attendendum erit, quid percipiatur actu de tempore petitæ reductionis, nulla habita consideratione de exactis in præteritum, ut dubio de hoc excitato respondit Congregat. Concil. 19. Aprilis 1692.

64. **RESIDENTIAM FACIANT.** Canonici qui sunt in Civitate ubi Cathedralis est, vel in ejus Suburbis dicuntur præsentibus, & residentes, & ideo ubi est consuetudo (quid quid dicat Ventrigl. *prax. annot. 19. num. 18.*) invicem se substituere possunt: cæteri autem qui manent in locis Diœcesis substituere non possunt: cordi autem Episcopo esse debet, nè Canonici præsentibus facultate substituendi abutantur, & substitutiones fiant in fraudem, quod ejus arbitrio remittendum esse censuit Sac. Congregat. Concilii in Alavina 24. Martii 1612. & idem monuit in Callien. 29. Junii 1628. in qua respondit, Decretum Episcopi (substitutionem approbantis) esse confirmandum; illud tamen intelligendum, ut Canonici se invicem substituere valeant, dummodo non substituatur ii, qui eodem tempore servitio sint adstricti, & Episcopus curet, nè hac substituendi facultate abutantur, & iterum Decreta hæc de Canonico substitutione approbavit in Feretrana 17. Novembr. 1681. lib. Dec. 35. fol. 454. Hanc tamen Consuetudine vigente in pluribus Cathedralibus non gaudent, neque utuntur Coadjutores Canonico-um ut respondit Sac. Congr. Con-

tilli in Casertana 28. Junii 1604. Neque Canonici ipsi, quando velent se subtrahere a servitio Diaconi, vel Subdiaconi in Missis solemnibus quæ celebrantur à Dignitatibus: nam tunc substituere non valent sine consensu Episcopi Congr. Concil. in Baren. 11. Julii 1682.

65. Absente autem ab Ecclesia, & vacationibus uti non possunt, diebus Dominicis, & festis totius anni, nec diebus Adventus, Quadragesimæ, Octavarum Nativitatis, & resurrectionis Domini, Pentecostes, & Corporis Christi, & nunquam à servitio eodem tempore ultra tertiam partem absente debet, ut ead. Congreg. rescripsit in Interamnen. 21. Julii 1640. lib. 16. dec. pag. 392. Zecch. de republic. Eccles. tit. de Benefic. num. 6. vers. quod si beneficia, & ideo potest Episcopus edicere, ne sine ejus licentia absente valeant, Gavant. manual. Episc. verb. Canonicorum residentia in addit. num. 1. Barbof. de Canonic. cap. 20. n. 5.

66. Contra verò non residentes quatenus Episcopus velit procedere ad privationem fructuum, ac etiam Beneficiorum, tenetur servare dilationes præscriptas à Concilio sess. 24. c. 12. de reform. cum enim in una Cathacen. quæsitum fuisset in Sac. Congr. Concilii.

- I. An in causa privationis Beneficii ob non residentiam debeant servari dilationes trium annorum à Sac. Congr. præscriptæ?
- II. An servatio dictarum dilationum sit arbitraria Ordinario in Canonicatibus?
- III. An ex eo quod Canonicatus Cathacen. quatenus etiam consistet in solis Distributionibus sine Præbenda, aut massa grossa in illius privationem ob non residentiam ad. temporum dilationes à Sac. Conc. præscriptæ potuerint ab Ordinario remitti eo quod illius cap. dispositio non applicatur, cum non existentibus fructibus non potuerit fieri sequestrum.
- IV. An ex eo quod idem Canonicus

absens fuerit spatio duorum, & plus. annorum post quorum lapsum tantum fuerit monitus, currat eidem terminum trium annorum à Sac. Concil. indultorum, vel sex mensium à die absentiae, vel à die primæ monitionis.

V. An à privatione etiam ser. ser. facta ab Ordinario de Canonicatu ob non residentiam, desur appellatio suspensiva, vel tantum devolutiva?

Die 14. Nov. 1671. ead. Congreg. re mature discussa, censuit.

Ad 1. Affirmativè.

Ad 2. negativè.

Ad 3. in casu proposito potest omitti sequestratione fructuum, non verò dilationes temporum.

Ad 4. incipere triennium à die absentiae.

Ad 5. non dari suspensivam.

67. Et cum postea in eadem Causa pro dilucidatione 4. Dubii quæsitum esset, an contra d. Canonicum non residentem posset procedi ad privationem juxta Sac. Canonum Constitutiones post lapsum trium mensium, & ultra secundi anni, vel expectandum esset, quod laboretur tertius annus integrè.

Die 21. Maii 1672. censuit expedandum esse triennium completum.

68. Verum est tamen, quod pendente triennio, poterit Episcopus contra absentes procedere per censuras, illosque suspendere non obstante, quod inchoata sit via iudicii præscripta à Concilio, juxta dispositionem text. in cap. ex tue s. contra de cleric. non resid. prout ead. Congreg. declaravit in Palentina 18. Nov. 1673. prævis tamen debitis monitionibus faciendis post tres Menses absentiae, ad dicendum causam quare ob illorum contumaciam in residendo, non debeant juxta canonum præscriptum puniri fructuum subtractione, & gladio censurarum quæ monitiones debent esse personales, quando

do habetur notitia loci, ubi absens reperitur: quod si notitia non habetur, sed si habetur non est tutus accessus, possunt citari per Edictum assignen. ad valvas Ecclesie ubi adest Canonicatus, ut habetur *ex dist. c. ex tua de cler. non resid. & docet Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 19. §. 3. num. 2. & 3. ubi num. seq. tradit formam procedendi ad privationem Leo Thes. for. Eccles. part. 3. cap. 2. nu. 23.*

69 Poenae autem non residentium, possunt infligi etiam contra Canonicos Coadjutores cum futura successione, & ideo monendi sunt ad residendum sub poena privationis, ut respondit eadem *Congregat. Concilii 12. Martii 1672. & in Oxomen. 8. Maii 1688. libr. 38. fol. 204.* quamvis hi Coadjutores etiam coadjutis absentibus non possunt Capitulis interesse, nec in illis votum dare, nec officium antianitatis exercere, nisi eis in litteris Apostolicis iura haec expressè non concedantur, ut partibus auditis, censuit eadem *Congregat. in Narnien. 20. Maii 1649.* Quo enim ad antianitatem Coadjutoris nulla habetur ratio; quia non computatur à die Coadjutoriae, sed à die obitus Coadjuti, Tondut. *quest. benef. tomo 1. part. 2. cap. 1. §. 13. n. 10.*

70 Ethic advertit, quod si Canonicus, aliuvè Præbendatus monitus ad residendum redeat, & iterum post paucos dies iterum à residentia recedat, non dicitur rediisse, sed est, ac si non venisset, & contra eum poterit procedi, tanquam absentem, ut in puncto tenet *Graf. consil. libr. 3. de cleric. non resid. consil. unico numer. 18. & 27. & libr. 5. de poenit. & remiss. consil. 11. numer. 10.* ubi quod proprie rediisse dicitur, illud, quod mansurum est *l. aliud est capere 71. ff. de verb. signific. docetque iste Author, quod licet statutum Episcopi non valeat excommunicare absentem extra propriam Diocesim capit. secundo, de Constitutionibus in sexto, adhuc possit ore ( dummodo præcedat monitio ) Censura ligare non residentem, quamvis delictum incæperit in aliena Diocesi.*

71 SUB POENA AMISSIONIS DISTRIBUTIONUM. Po-

test Episcopus Decretum edere, nè Canonici, & alii de Capitulo discedant ab Ecclesia tempore Concionis; & quod illi intersint quotidie sub poena amissionis distributionum illius diei, in qua defecerint, Nicol. *in fosc. verb. Canonicus numer. 33.* ubi Decreta Congreg. refert, & declaravit *Congreg. Concil. in Nicien. 18. Novembr. 1628. lib. 13. Dec. pag. 562.* in qua decimum extitit Canonicos absentes per tres menses lucrari fructus Præbendarum amissis Distributionibus quotidianis, quæ inservientibus accrescant quacunque contraria consuetudine etiam immemorabili non obstante, & in Civitatis Castell. *29. Aprilis 1623. lib. 99. Post. pag. 45.*

72 Item potest illos Episcopus Distributionibus privare, quando tempore quo celebrantur Divina Officia, haberent, & tenerent Capitulum: cum hoc non sit permittendum, nisi aliqua causa valde urgens, illud in aliud tempus transferri non patiat *Sacr. Congregat. Concil. Ortolen. ad 11. 27. Martii. 1632. lib. 14. fol. 599.* vel si dicto tempore Missas planas celebrarent, nisi ad celebrandum ab eo ad quem Chori directio pertinet jussi fuerint, ibidem ad 12. vel si Choro interestes alta voce non psallerent, *Congr. Concil. in Vicentina 7. Junii 1636.* quavis contraria consuetudine non obstante, *lib. 1. Dec. pag. 361.*

73 Amplia hæc omnia in Canonicis, & Præbendatis, qui sunt Officiales Tribunalis Sanctæ Inquisitionis: licet enim *Sacr. Congregatio Sancti Officii* teneat, quod Deputati ad serviendum Officio Inquisitionis nempe, Inquisitores, Fiscales, & Notarii sint exempti à servitio Chori, & lucrentur Distributiones, ac si actu inservirent; Consultores verò pro tempore quo actu serviunt *Sacr. Congr. S. Offic. apud Caren. de S. Offic. part. 1. tit. 8. §. 10. numer. 67.* *Sacr. tamen Congr. Concilii* ( ad quam pertinet hoc decernere ) in una *Mediolanen. 3. Febr. 1635.* censuit Ministros Sacræ Inquisitionis non lucrari distributiones quotidianas absque Sedis Apostolicæ Indulto *Decision. 15. pagin. 156.* quæ declarationes contrariæ invicem non sunt quia *Congregatio Sacræ Inquisitionis* ita declarando concessit

cessit Indultum : Sac. vero Cong. Concilii, respondit prout de jure Concilium interpretando. Et idem procedit in subcolleto Spoliorum, qui etiam si occupetur in officio non acquirit Distributiones, nec inservire valet per Substitutum *Sacr. Congregat. Conc. in Senogallien. 2. Junii 1703.*

74. At è converso non potest Episcopus decernere, ut Canonici in Sacris non constituti, non gaudeant Distributionibus, *Congreg. Conc. in Patavina 23. Augusti 1631.* neque quod Canonicis Jubilatis vigore Indulti, non debeantur Distributiones extraordinariæ, quæ vel ob absentiam, vel vacationem Canonicorum interessentibus accrescunt: Nam pro his Indultum Suffragatur *S. Congr. Concil. in Romana 5. Maii 1703. & in Burgi Sancti Domini 19. Aprilis 1704.* Neque quod Distributiones quæ vigore *cap. 3. sess. 2. Conc. Trid.* amittuntur à Canonicis, accrescunt inservientibus, applicentur fabricæ Cathedralis, sive alteri pio loco: quia non habet à jure hoc arbitrium; quidquid sit de aliis Distributionibus, quæ vigore *cap. 3. sess. 22.* amittuntur à Dignitatibus, ut respondit *Sacr. Congreg. Concil. in Caurien. 5. Maii 1603.* & frequenter alibi.

75. Amittuntur autem Distributiones absque alio Ordinarii Decreto, quoties Canonici absint à residentia occasione litium concernentium interesse suarum Præbendarum sine licentia Episcopi, quæ necessaria est, ut respondit *S. Congr. Conc. in Cavallicen. 3. Julii 1677.* in qua cum Præpositus illius Cathedralis, d. licentiam in casu proposito non fuisse necessariam contenderet, repropoſita causa *sub die 18. Septembr. ejusdem anni.* Decretum confirmavit, vel detineantur in Carceribus pro debito civili; nam tunc Distributiones non lucrantur *Sacr. Congreg. Concil. in Romana 15. Decembr. 1657. lib. 11. Dec. fol. 150.* vel inserviant eidem Episcopo Missam privatè celebranti tempore quo Divina Officia celebrantur, nam sunt punſtandi *eadem Congr. in Arianen. 17. Maii 1704.*

76. Verum debentur Canonico delegato ab Episcopo ad visitandum limina, idest pro tempore accessus, mansionis,

& regressus, quod tempus Congregatio Concilii constituit esse trium mensium *in una Vafionen. 17. Aprilis 1627. lib. 13. Dec. pag. 241. Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 13. num. 31.* Canonico Coadjuto durante infirmitate etiam Coadjutore absente *Sacr. Congregat. Concil. in Urbevetaſana 9. Septembr. 1628. in Camerinen. .... Febr. 1638.* Canonico inquisito, & postea absoluto tanquam non culpabili, etiam cum clausula ex hæctenus deductis *ead. Congr. in Romana 19. Augusti 1684.* & alibi dixi Canonico absente à Choro urgente necessitate ratione Officii pro Servizio Capituli vel Ecclesiæ, Congregat. particular. Cardinal. Deputat in Romana inter Canonicos, & Archipresbyterum Ecclesiæ Collegiatæ *S. Mariæ in Cosmedin. 14. Septembr. 1705. ad 34.* Canonico Jubilato, etiam quæ proveniunt ex emolumentis Processionum, & Anniversariorum, & aliorum, dummodò Testatorum voluntas non obſtet *Sacr. Congr. Conc. in Romana 5. Martii 1678. in Novarien. 29. Novemb. 1681. & in Perusina 17. Julii 1688.* etiam si Distributiones sint auctæ post Indultum quia participat de augmento *ead. Congr. in Lunen. Sarzanen. 16. Maii 1685.* quamvis functionibus non interſit, & onera Missarum aliis injuncta pro rata non adimpleat, *d. Lunen. Sarzanen. & in Urbanen. 29. Novemb. 1687. lib. 27. fol. 672. & in Romana 24. Martii 1704.*

77. Non tamen suffragaretur Indultum Jubilationis post quadragenarium servitium, si esset concessum à Capitulo, quia Canonici non habent hanc potestatem, sicuti nec possunt concedere Canonicis absentibus, quod participant de aliqua parte Distributionum, non obstante consuetudine, ut respondit *ead. Congr. in Segobien. 15. Decembr. 1703.* contra Monet. de distrib. par. 2. q. 12. n. 61.

78. Et hic est advertendum, quod ex tempore laudabilis servitii Ecclesiæ quadraginta annorum propter quod solet à Sac. Congregat. Indultum concedi jubilationis, est deducendum servitium præſtitum tempore Clericatus ante adeptam Præbendam, quod non computatur ad favorem Indultum petentis, ut respondit *d. Congr. in Tranen. 13. Januarii 1703.*

79 Qui autem à residentia abest de licentia Sac. Congregationis cum solita clausula - *dimissa tertia parte fructuum*. Si habeat Præbendam gravatam pensione, debet dictam 3. partem dimittere ab eo solum fructu, quod superest detracta pensione supra Præbendam reservata, ut pro Canonico S. Laurentii in Damaso Urbis respondit *Sacr. Congregat. Concilii 3. Junii 1690.* licet ( ut afferebatur in Basilicis Majoribus ejusdem Urbis detractio fieret a toto Præbendæ fructu nullo habito respectu ad pensiones.

80 Ad residentiam, & ad cætera onera incumbencia Canonici, & Beneficiis residentialibus, tenentur Canonici, & alii Præbendati, qui Officium Subcollectoris, aut Decimarum Exactoris exercent, quia in his, quæ concernunt Divinum Servitium, cultum Ecclesiæ, administrationem locorum piorum Officiales hujusmodi remanent subjecti jurisdictioni Ordinariorum, & sicut cæteri obedire, & adimplere injuncta tenentur, prout sæpe declaravit *Sacr. Congreg. Concilii*, & præcisè in *Alexandrinæ 18. Julii 1648. lib. 18. pag. 497. in Belcastren. 15. Januarii. & in Melphitana 19. Martii 1650. lib. 19. pag. 33. & Sac. Congr. Episc. in Pisaren. 16. Junii 1690. Pignetell. consult. 379. tom. 1.* Et clarius hæc patent ex generali subnexo Decreto per Papam approbato ejusdem Congr. Concilii.

81 Qui autem possidet Ecclesiam Parochialem perpetuò unitam Dignitati Cathedralis, tenetur residentiam facere in ipsa Cathedrali; in Parochiali verò est constituendus ab Episcopo Vicarius perpetuus eum congrua fructuum assignatione juxta Constit. Pii V. quod si ad vitam unio facta reperiatur, teneri ad residentiam in Parochiali respondit *Sacr. Congr. Concilii in Imolen. 9. Decemb. 1651.* in qua confirmavit, & dandam esse decrevit Declarationem antiquam in hac re emanatam *7. Januarii. 1590. lib. 19. pag. 161.*

# DECRETUM Generale.

## SUBCOLLECTOR.

### SUMMARIUM.

- 1 *Clausulae proemiales mentem Legislatoris ostendunt: Dictiones præsertim, maximè, etiam & alia implicitivè implicant idem esse in casu contrario. ibi.*
- 2 *Referens est in relato cum omnibus suis qualitatibus.*  
*Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.*  
*Ubi militat ratio legis ibidem debet militare ejusdem legis dispositio.*  
*Lex respiciens plura determinabilia, debet ea equaliter determinare.*
- 3 *Referens, ubi aliter loquitur quàm relatam, attendendum est relatam.*
- 4 *Episcopi, & alii Prælati Regni Neapolitani possunt designare usus pios in quos erogari debeant bona per eos relicta, favore tamen Cathedralium, vel Parochialium, quæ prius cadebant sub spolio, & nu. 5.*

**D**IE 27. Febr. 1677. Sac. Congr. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad occurrentem controversiis, ac querimoniis circa Sub collectores Spoliorum, alioque Commissarios Cam. Apostolicæ præsertim Regni Neapolitani, ad eandem Sac. Congregationem delatis, salubriter intertent auctoritate, etiam sibi è SS. D. N. Clem. IX. & S. M. Clem. X. & SS. D. N. Innoc. XI. tributa, prævia matura consultatione, statuit, & decrevit, ut in posterum in singulis infrascriptis Diocesisibus videlicet Aquinaten. Accerrarum, Aliphana, Avellinen. Ascolana in Piceno, Asculana in Apulia, Atrien. Bifacciarum, Bitecten, Bituntina, Brundusina, Bellicastren. Bov. Carinolen. Calven. Cajacen. Casertana, Campanien, Capritanen. Conversanen.  
Co-

Cotronen. Castren. Castellananen. Civitatis Ducalis, Camplen. Cariaten. Fundana, Frigentina, Guardiën. Gravinen. Gallipolitana, Iclana, Insulara, Juvenacen. Litteren. Lavellen. Laquedonien. Motulen. Massalubren. Martoranen. Minerbinen. Monopolitana, Melphisten. Minoren. Marficen. Montis Marani, Montispelufii, Melphien. Murana, Nuscana, Nicoteren. Nucarina. Ostunen. Oritana, Ortonen. Pennen. Puteolana, Polignanen. Ravellen. Ruben. Rossanen. Rapollen. Reatina, Surrentina, Sueffana, Sanctæ Agatæ, Satrianen. Stabien. seu Castri maris, Sarnen. S. Severi, Sancti Angeli Lombardorum, Trojana, Theanen. Thelesina, Trivicanen. Tranen. Ugentina, Umbriaticen. Vicanen. Vulturarien. Vestana, Venusina, Valven. Viggillen. Venafrana, & singulis pariter infrascriptis locis exemptis, seu nullius Diœcesis, videlicet Canusii, Cærignolæ, Casalis novi, Cetrari, Centolæ, Castri Sancti Laurentii, Castellanae, Carbonariae Brotii, Fasanæ, Montis Virginis, Montis Cassini, Marubii, Putignani, Rutiliani, Sancti Stephani de Nemore Sanctissime Trinitatis Caven. Sancti Angeli ad Fassanelam. Sancti Vincentii de Vulturno, Terlitii, & aliis in quibus fortasse, hæcenus subcollectores deputari solitum fuit, unicus Subcollector. In sequentibus verò, scilicet Aprutina, Aversanen. Arianen. Amalphitana, Alexanen. Aquilana, Baren. Bojanen. Bovinen. Bisignanen. Caven. Capuana, Compsana, Cathacen. Hyeracen. Hidruntina, Isernien. Larinen. Licien. Marsorum, Nolana, Neritonen. Neocastren. Oppiden. Policastren. Potentina, Rhegien. Sorana, Sypontina, Sulmonen. Squillacen. Sanctæ Severinæ, Sancti Marci, Teatina, Termularum, Triventina, Tarentina, Tricaricen. & Tropien. duo Tantum. Et in sequentibus, nimirum Acheruntina, & Matheranen. unitim, Anglonen. Beneventana, Cosentina, Caputaquen. Cassanen. Militen. & Salernitana, non plures quam tres, & in Neapolitana decem subcollectores, & non ultra, respectivè deputentur, & exercent. Ad evitandam autem confusionem,

remisit arbitrio Nuncii, dividere, & assignare cuilibet Subcollectori, partem Diœcesis seu loca intra quorum limites, debeant in exercitio se continere.

Et ne semel in Subcollectores deputati necessitatem inducant, multiplicandi alios Subcollectores, renunciando Officium, licet possint in eo continuare, & idonei sint, declaravit nullum Subcollectorem, post renunciatum Officium, gaudere exemptione ab Ordinario, nisi laudabiliter exercuerit, saltem per duodecim annos; eos vero, qui in Officio, aut alias ita deliquisse comperiti fuerint, ut à Nuncio amoveantur, & alii in eorum locum deputentur, nullatenus, exemptione huiusmodi gaudere, & è contra illos, qui probè, ac fideliter se gesserint, velintque in Officio continuare, confirmandos esse à Nuncio, nec alios eorum loco deputari posse.

Præterea attenda Subcollectorum huiusmodi multitudinem, & causâ à Sanctæ Memoræ Urbano VIII. in sua Constitutione 202. considerata, concedendi illis exemptionem, censuit expedire, ut Sanctissimus declaret, ita esse intelligendam dictam Constitutionem, ut Subcollectores terminato Officio non gaudeant amplius exemptione defuncto, vel alias deficiente Ordinario, in cuius tempore exercuerunt, sicut etiam declaravit, illos, qui licet in subcollectores deputati fuerint, nunquam exercuerunt, minime gaudere, nec pariter illos, qui non resident in Diœcesi, pro qua sunt deputati, & Ordinarium certiorare debere. Sacr. Congregationem de dicta non residentia ejusque provisionem expectare, Generaliter verò subcollectoribus exemptionem ab Ordinario in Civibus non suffragari, nisi adesset in Diœcesi Index à Nuncio deputatus, qui habet tantummodo facultatem in causis passivis, & nullo privilegio, aut exemptione gaudent.

Quò verò attinet ad substitutos, & Officiales Subcollectorum, declaravit dictos Substitutos, non gaudere exemptione, illam tamen concedendam esse uni tantum. Notario pro quolibet Subcollectore in actu exercitii, & quoad Commissarios super illicitis negociationibus.

nibus, aut ad alias causas particulares deputatos, non gaudere exemptione, nisi in actu exercitii, & tam Commissarios huiusmodi, quam Subcollectores, quando procedunt contra denunciatos, vel alias inquisitos de illicitis negociationibus, si ex Processu informativo, constet de eorum innocentia, non posse illos cogere ad expensas ejusdem Processus, & Decreti absolutorii.

Et quod majoris momenti est, ne prætextu huiusmodi Officii, cura Animarum, servitium Ecclesiæ, ac Divinus Cultus, morumque honestas detrimentum patiantur declaravit, Parochos in Subcollectores, aut Commissarios ad quasvis causas particulares non esse deputandos, sicuti nec Pœnitentiarium, nec Theologum. Quod si post deputationem de aliqua Parochiali, aut Pœnitentiali, vel Theologali Præbendis, fuerint fortasse provisus; tunc minime gaudere exemptione in concernentibus curam animarum, & respectivè adimplementum onerum ipsarum præbendarum; Et eadem ratione non gaudere Canonicos, & alios Beneficiatos Subcollectores, in concernentibus servitium Ecclesiæ, & adimplementum onerum ipsorum Canonicatum, & Beneficiorum, nec lucrari distributiones quotidianas, si non inserviant. Insuper teneri ratione Beneficiorum, quæ obtinent ad publicas Processiones accedere, solvere Cathedralicum, & subsidium charitativum, & interesse Synodo, & Visitationi, non tamen pluries, quam semel in Anno. Posse verò solummodò cogi ab Ordinario ad exequendam visitationem in iis quæ respiciunt cultum Divinum; ipsumque Ordinarium posse procedere contra Subcollectores accedentes sine ejus licentia ad Monasteria Monialium, aut non servantes præceptum Communionis Paschalis, & contra percutientes Presbyterum, vel Clericum posse procedere ad declarationem Excommunicationis *ex cap. si quis suadente*; Et si quando repererit aliquem Subcollectorem in publico Concubinato vivere, certiorare debere eandem Sac. Congregationem, ac ipsum Nun-

cium, cujus partes erunt, severe eos punire, ac privare Officio; posse tamen eundem Ordinarium carceribus mancipare, ad Superiorum dispositionem retinere, ac etiam Subcollectores depræhensos in fraganti crimine, quod meretur pœnam corporalem, non tamen minorem relegatione, dummodò statim de carceratione Nuncium certoret. Item Administratores locorum piorum in Subcollectores deputatos subesse Ordinario quoad redditionem rationum administrationis, nec posse Subcollectores à casibus Episcopo reservatis absolvi, absque illius licentia, & nullum inquisitum posse à Nuncio in Subcollectorem deputari, nisi de ejus absolutione constiterit.

Ut autem sciant Ordinarii, quos in Subcollectores, aut Commissarios, debeant recognoscere, declaravit, Subcollectores teneri ostendere Ordinario suas Commissiones antequam illas exequantur; Commissiones verò particulares teneri, vel per litteras patentes, vel privatas sui Superioris, aut alio modo certiorare Ord. de demandata Jurisdictione.

Demum quatenus supra dicta declarationes, vel aliqua illarum futuris temporibus non observentur, Sac. Congregat. voluit incumbere locorum Ordinariis, ut pro eorum zelo, ac pastoralis sollicitudine, quæcumque secus audiverint huic S. Sedi fideliter referant, pro opportuna provisione obtinenda.

Et die 16. ejusdem facta de præmissis omnibus relatione eidem Sanctissimo D. N. Innocent. XI. Sanctitas sua declaravit præcitatam Constitutionem felic. record. Urbani VIII. esse intelligendam juxta supradictam Sac. Congregat. Sententiam, & præsens Decretum, omniaque, & singula in eo contenta approbavit, & confirmavit, & inconcussè, ac inviolabiliter observari, & exequi mandavit, salva tamen semper ejusdem Sac. Congregat. auctoritate, omnia, & singula præfata declarandi moderandi, & ampliandi, & in totum, vel in parte annullandi, & interpretandi; Voluit tamen Sanctitas sua quod præfati Decreto restricto ad Collectores, & Subcollectores Spoliorum Regni Neapolitani per Nuntium Apostolicum de-

deputatos, sive deputandos, derogatum, seu præjudicatum minimè censeatur reservationibus, & affectionibus Beneficiorum eorundem Collectorum, & subcollectorum, resultantibus ex regulis Cancellariæ Apostolicæ.

## ADNOTATIONES.

1 PRÆSERTIM REGNI NEAPOLITANI. Per hanc clausulam proemiam ex qua mens, & animus disponentis colligitur Barbof. *Axioma* 192. num. 2. & 3: datur intelligi, quod hoc Decretum licet principaliter, & occasionaliter emanaverit ad refrænandum numerum, & tollendos abusus Subcollectorum Spoliorum Regni Neapolitani: nihilominus illius dispositio comprehendat omnes alios Subcollectores ubique locorum deputatos, ad exercendum officium nomine Camerae Apostolicæ, dictio enim illa *præsertim* includit alios Subcollectores, & exprimit casum minus dubitabilem, & includit magis dubitabilem, ut docent communiter Menoch. *de arbitr. Judic. cas.* 416. numer. 19. Paris. *de confid. benefic. quæst.* 29. numer. 53. & 54. Sanchez *de matrim. lib. 2. disput.* 39. num. 6. ibi -- *Nam dictiones implicative, ut sunt maxime, præsertim, etiam implicat idem esse in casu contrario, licet in illo fortior militet ratio, & lib. 6. disput.* 14. numer. 21. & *lib. 10. disput.* 5. num. 4.

2 Hocque evincitur etiam ex eo, quod Decretum in §. *præterea* moderatur Constitutionem 202. *Urbani VIII.* (emanatam favore omnium Subcollectorum) absque ulla distinctione seu restrictione Subcollectorum unius vel alterius Provinciae seu Regni; sed indiscriminatim, & generaliter, & sic fit evidens, quod respicit, & comprehendit omnes, quos comprehendere relata Constitutio Urbani moderata, declarata, & correctæ, ex vulgatis regulis, quod referens est in relato cum omnibus suis qualitatibus *l. asse tot off. de hered. instit.* Quod lex generaliter, & indefinitè loquens, generaliter est intelligenda *l. Prætor §. ait Prætor ff. de nov. oper. nunc.* Quod ubi militat ratio legis, ibidem militare debet ejuſdem legis

dispositio, etiam si sit pœnalis, Navar. *dec.* 206. quem refert, & sequitur Donat. *prax. rer. regular. tom. 1. pari. 3. tractat. 1. de monast. edific. quæst.* 20. nu. 2. & quod lex, seu dispositio una, respiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter, & pariformiter determinare *l. jam hoc jure ff. de vulgar. & pupillar. cum concordantibus apud Barbof. axiom.* 69. nu. 6.

3 Nec turbat, quod in fine Decreti dicitur -- *Voluit tamen Sanctitas Sua, quod præſenti Decreto ( restrictio ad Collectores, & Subcollectores Spoliorum Regni Neapolitani) præjudicatum minimè censeatur reservationibus, & affectionibus Beneficiorum &c.* quia verba illa -- *restrictio ad Collectores, & Subcollectores Spoliorum Regni Neapolitani*; non sunt verba Decreti, sed Secretarii, qui post oraculum Papæ Decretum approbantis, per orationem separatam illa addidit credulitate sua; Undè cum talis restrictio in decreto relato non contineatur, probatum est supra, dicendum est, hanc extenſoris seu referentis expressionem ab errore processisse, ut in fortioribus dixit Rot. *coram Greg. det.* 439. num. 3.

4 Et hic notandum venit, quod, & si Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati inferiores Regni Neapolitani, hodie vigore Constitutionis *Innoc. XII. la. 23.* sint exempti à spoliis, & à molestiis Subcollectorum, & valeant ulterius designare viſus pios in quos erogari, & expendi debeant fructus à solo separati, & cætera bona per eos acquisita, quæ prius cadebant sub spolio: attamen hoc arbitrium, seu facultas non est effrænata, & absoluta, sed limitata, & restricta ad favorem Cathedralium, vel Parochialium eorum regimini commissarum, & quatenus illæ non indigeant, ut patet satis clarè *ex Bulla in §. Cupientes*, ibi -- *Ad effectum tamen, & non alias aliter, nec alio modo, ut præmissa omnia, & singula ad præſatas Metropolitanas, aliasque Cathedrales, & reliquas quibus memorati Archiepiscopi, & Episcopi, seu Prælati præſederint, illisque non indigentibus, ad Parochiales Ecclesias eorum regimini commissas spectare, ac earundem favorem, & in beneficium, seu utilitatem cedere, applicari, converti, seu erogari* de-

debeant. Prefatis tamen Archiepiscopis, Episcopis, & Prælati, ut congruus usus, applicationes, & erogationes præmissorum in beneficium, & utilitatem hujusmodi Ecclesiarum in quos, seu quas eadem præmissa applicanda, eroganda, seu expendenda esse censuerint, designare valeant permittimus, indulgemus, & opportunam facultatem desuper concedimus.

6 Ideoque si Prælati supradicti favore alterius Ecclesiæ non Cathedralis, nec Parochialis, vel etiam Parochialis, (Cathedrali indigente) disponerent, & in alios usus pios spoliū converti debere designarent, eorum dispositio, & designatio nulla esset, quia clausula non alias, aliter, nec alio modo in supra præcitatis verbis contenta, formam præcisam inducit, qua deficiente, perinde est, ac si nihil actum fuisset, Lotter. de re benef. lib. 1. q. 41. num. 35. Ricc. collect. 868. Leo Thesaur. for. Eccles. part. 2. cap. 2. num. 42. Capon. discept. 99. n. 24. Rot. coram Manzana. decis. 596. nu. 4. & coram Cerr. dec. 93. nu. 17. & passim alibi, ac recenter declaravit Sac. Congreg. Concilii in Abellinen. 18. Augusti 1703.

## Edicti de Ordinibus recipiendis.

## FORMULA III.

## SUMMARIUM.

- 1 Episcopus justa de causa potest indicare penam excommunicationis latæ sententiæ contra eos qui furtive, & per fraudem Ordines suscipiunt.
- 2 Qui in ordinatione utitur falsis Dimissoriis, committit delictum depositione dignum.  
Ordinatus in Sacris cum falsis Dimissoriis, est ipso jure suspensus.
- 3 Qui Litteras Dimissorias vitiat, seu alterat in substantialibus dicitur falsarius, & est ipso jure suspensus.  
Litteræ Dimissoriales quando dicantur vitiatæ, vel potius informes ibi.

- 4 Qui ordinatur scienter ad Ordines Sacros cum titulo non vero, sed ficto, est ipso jure suspensus.
- 5 Qui ordinatur titulo fiduciario, potest ab Episcopo excommunicatione ligari.  
An autem incurrat suspensionem? ibi.
- 6 Qui habet Beneficium, seu Canonatum ad congruam sustentationem sufficiens, ad illius titulum debet ordinari, non autem ad titulum Patrimonii.
- 7 Qui non habet Beneficium sufficiens, non debet ordinari cum supplemento patrimonii, nisi utilitas Ecclesiæ id exigat.
- 8 Ordinari quis non potest ad titulum Ecclesiæ receptitiæ.
- 9 Ordinari quis non potest ad titulum Cappellanæ, à qua amoveri potest.
- 10 Ordinari quis non potest ad titulum mensæ Abbatialis Regularis.
- 11 Ordinari quis non potest ad titulum assignationis mensæ obtentæ à Majestatis Principe.
- 12 Ordinari laicus non potest ab Episcopo non suo, quamvis fuerit presentatus ad beneficium.
- 13 Episcopus non potest ordinare Fratrem, seu Nepotem suum absque Dimissoriis proprii Ordinarii, titulo familiaritatis, etiam si conferat ei Beneficium.
- 14 Nec minus Familiarem triennem, qui sit illegitimus.
- 15 Ordinatus ab Episcopo loci Beneficii, si caperet possessionem post susceptos Ordines, esset suspensus.  
Ordinatus ab Episcopo non suo ad titulum Beneficii insufficientis juxta taxam sui Ordinarii, est suspensus. ibi.
- 16 Attenta clericorum penuria, & necessitate Ecclesiæ, potest quis ordinari ad titulum assignationis fructuum stabilium.
- 17 Ordinari quis potest ad titulum Cappellanæ amovibilis cum Indulto S. Congr. recepta obligatione nominare debentis de non removendo.
- 18 Ordinatus ad titulum patrimonii, illud non perdit si acquirat Beneficium,

- cium, aut alia bona, donec Episcopus bona acquisita loco patrimonii non subroget, etiamsi vigore pacti redire debeat ad constituentem.
- 19 Ordinatus ad titulum patrimonii, non potest illud donare cum reservatione usufructus sine licentia Episcopi.
- Neque in Emphyteusim concedere reservato canone fructibus correspondente. ibi.
- Neque ad haereditatem illud transmittit, si illi constituatur tanquam necessarium, posset ordinari.
- 20 Ordinatus ad titulum patrimonii, si fidejubeat sine Episcopi licentia, an teneat ejus obligatio, & quomodo exequi possit super fructibus, assertur declaratio S. Congreg.
- Clericus non debet fidejuberere, at si de facto fidejubeat, teneat obligatio. ibi.
- 21 Patrimonium constitui potest in censibus creatis ad formam Bullae Pii V. cum cautela hic expressa.
- 22 Ordinatus ad titulum Beneficii, si delinquat potest illo privari.
- 23 Qui habet Beneficium de pertica, pensionem inexigibilem, vel patrimonium infructiferum nullum titulum ad Ordines Sacros dicitur habere.
- 24 Ordinatus in Sacris ante legitimam aetatem, suspensionem incurrit, & irregularitatem, si in susceptis Ordinibus ministrat ante absolutio-
- 25 Constit. Pii II. non comprehendit Ordines minores.
- Qui falsis probationibus probat aetatem quam non habet, graviter peccat, & potest censuris puniri. ibi.
- Qui utitur falsis scripturis ignoranter, poenam falsi non incurrit, ibi.
- 26 Episcopus ordinatum in Sacris ante legitimam aetatem potest absolovere donec delictum manet occultum, secus si non est occultum.
- 27 Initiatus clericali tonsura ante septennium, valide est ordinatus, nec indiget pro ulterioribus Ordinibus dispensatione, licet ordinatio fuerit illicita.
- 28 Qui sunt irretiti censuris ordinari non possunt, & ideo sub pena excommunicationis ab Ordinibus arcendi sunt.
- 29 Episcopus, etiam ex notitia privata potest censura ligatos ab Ordinibus repellere.
- 30 Episcopus quando possit absolovere ab irregularitate in delicto publico ostenditur.
- 31 Clerici Concubinarij Notorii sunt ipsi jure à Divinis suspensi.
- Clerici Concubinarij Notorii, qui dicantur. ibi.
- Qui voluntarie se castrari fecit, tanquam irregularis non potest ad Ordines promoveri sine dispensatione Apostolica. ibi.
- 32 Furijs, & mentecapti tanquam irregulares ordinari non possunt etiam si redeant ad sanam mentem, & offertur in hoc distinctio.
- Energumeni, licet fuerint liberati non ordinantur, & pro his datur eadem distinctio. ibi.
- 33 Bigami ad Ordines non recipiuntur, quia sunt irregulares, & exenti omni privilegio clericali.
- Bigamus non efficitur, qui contrahit cum Vidua in articulo mortis, si matrimonium non consummato Vidua defuisset.
- Nec ille, qui contrahit cum Vidua à primo Viro non cognita. ibi.
- 34 Filius homicidae Praesbyteri non est irregularis. Nec qui accessit armatus ad Domum consanguineae, ut compelleret fornicarium, si hic à fenestra se projiciens moriatur. Nec ille qui accedit ad Mulierem conjugatam fornicandi causa, & ipsa à Viro occidatur, & adducitur ratio.
- Dans mandatum ad sfregiandum, non fit irregularis ex homicidio voluntario, si mandatarius occidat. ibi.
- 35 Judex, qui tulit Sententiam mortis, non fit irregularis, nisi sequatur effectus, nec minus qui officium cum potestate judicium Sanguinis ferendi, si actu non exercuit, nec Notarius, qui Sententias mortis scri-

- scripsit, nisi fuerint exequuta.
- 36 Clericus, qui exhibuit Judici laico librum baptizatorum, ut recognosceret etatem inquisiti de delicto, quod mortem meretur non sit irregularis.
- Qui abscidit digitum pollicem, aut indicem, petit dispensationem ad cauthelam. ibi.
- Clericus qui levi Epilepsia semel affectus fuit, & deinde per plures annos amplius hujus morbi signa non dedit, poterit promoveri. ibi.
- 37 Clericus, qui militiæ nomen dedit, & ad bellum processit, incurrit irregularitatem, etiamsi moraliter certus sit nemine mutilasse, aut occidisse, & ipso jure perdit Beneficium.
- Clericus de homicidio inquisitus, si tortura diluit indicia non debet promoveri, quia remanet infamia facti: secus si sit absolutus tanquam non repertus culpabilis. ibi.
- Filii nati ex matrimonio contracto cum impedimento affinitatis cum bona fide Maris, dicuntur legitimi, & possunt ordinari sine dispensatione. ibi.
- Filii, & nepotes Hæreticorum emendatorum possunt ordinari. ibi.
- Descendentes ab Hæreticis non emendatis ultra secundum gradum per Paternam, & ultra primum per Maternam lineam, sicuti nec Hæbræorum, non sunt excludendi ab ordinatione. ibi.
- 38 Qui sint alii irregulares, qui ad ordines promoveri non possunt remissionem.
- Irregularitas, quæ repellit ab Ordine,

- ne, non inducit incapacitatem pensionis. ibi.
- 39 Regulares nulliter professi non possunt ad Ordines promoveri, nec hi qui ad triremes transmissi fuerunt.
- 40 Regularis ignoranter nulliter professus, si ordinetur in Sacris, censuras non incurrit.
- 41 Episcopus si ante ordinationem protestetur non habere intentionem ordinandi eos, qui carent Patrimonio, etate legitima, Dimissoriis &c. si protestatione neglecta hi accederent non reciperent Ordinem, & num. 42. respondetur objecto.
- 43 Confirmatur conclusio Decr. Sac. Congr. Dum est dubium de mutatione intentionis Episcopi, ordinatio est reiteranda sub conditione. ibi.
- 44 Commorantes in Urbe per quatuor menses, non possunt cum litteris Dimissoriis proprii Ordinarii Ordines recipere nisi à Card. Vicario Urbis, aliàs suspensionem Papæ reservatam incurrun.
- Quid servare debeant subditi sex Episcopatum propè Urbem & quid Ultramontani ostenditur. ibi.
- 45 Episcopus non potest cogere Clericos minorum Ordinum ad suscipiendum Ord. Sacros.
- Neque in Ordinibus conferendis promissionis recipere, & ob inobservantiam promissionis, eos privilegiis clericalibus privare. ibi.
- Episcopus, qui Ordines alicui conferre recusat, non potest ab Archiepiscopo cujus est Suffraganeus, compelli ad allegandum causas cur renuat, sed ad Sedem Apostol. est recurrendum. ibi.

## N. Episcopus N.

Qui ad ordines tam Minores, quàm Sacros cupiunt promoveri, sciant se habere debere requisita necessaria ad præscriptum S. Canonum, Conciliorum præsertim Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum: nè igitur aliquis, (quod non credimus) furtivè, & per fraudem in Sanctuarium ingredi audeat, præsentis Ediæto monentur infrascripti (si fortè inveniuntur etiamsi Regulares sint), nè accedant ad Ordines suscipiendos, quod si accedere præsumperint, eos excommunicatos declaramus eo ipso.

Monacelli Form. Pars II.

G Qui

Qui falsarunt, & exhibuerunt, vel scienter usi sunt falsis seu vitiatas litteris Dimissorialibus.

Qui titulum Beneficii, Pensionis, vel Patrimonii, ad quem petunt ordinari ad Sac. Ordines, non possident, vel fictitium, vel infructiferum, aut fiduciarum obtinent.

Qui legitimam etatem, pro unoquoque Ordine requisitam à Concil. Trid. habere falsò constare fecerunt: si falsitatis conscii sunt.

Qui irregulares, ve aliis Ecclesiasticis censuris scienter irretiti sunt.

Regulares qui scienter, nulliter professi sunt, & eorum professionem nullam, nunquam ratam habuerunt, vel ad Triremes ad tempus transmissi fuerunt.

N. Episcopus N.

**P**RÆSENS Edictum monitoriale affixum, & publicatum fuit ad valvas Ecclesie Cathedralis N. die ... anno ... & postmodum iterum presentibus, & audientibus ordinandis lectum, & publicatum fuit in Ecclesia predicta Cathedralis per D. N. de mandato Illustrissimi, & reverendissimi D. N. Episcop. & die Sabbati Quatuor temporum N. ejusdem anni, de mane antequam predictus Illustrissimus Episcopus ordinationem inciperet, presentibus ibidem N. N. & N. N. testibus &c.

Ita est N. Cancellarius Episcopalis N.

ADNOTATIONES.

1. Edictum hoc monitoriale publicandum modo quo supra, non omnes Episcopi hodie promulgant, neque adversus eos qui in Ecclesiasticorum Ministrorum cætum per nefas irrepunt, remedio excommunicationis sententiæ latæ utuntur: qui autem huic formulæ, aut simili adhærent melius faciunt: nam ita nec omissione indirecta communicant peccatis alienis: monita Constitutionum Apostolicarum (quibus ad arcendum indignos ab Ecclesia excitantur, & commoventur) modo qua possunt efficaciori exequuntur, & qui exemplo focii per dolum in clericatum ire festinabat, gladio excommunicationis perterritus abstinet, & recedit ab hac via. Et licet formula prohibitionis à Pontificali præscripta non contineat Censuram latæ, sed ferendæ sententiæ, ut opinatur Pac. Jord. lucubr. canon. tom. 1. lib. 3. tit. 6. de Ord. num. 386. Adhuc Episcopum iusta de causa Excommunicationem de facto infligere posse non dubitant Bellett. disqu. Cleric. par. 2. tit. de pœn. Cler. §. 28. nu. 2. Bonac. de irregularitat. disput. 7. quest. 3.

punct. 4. prop. 4. num. 6. & 7. ubi asserit ab Episcopis communiter practitari & de Sacram. Ordin. disp. 8. quæst. unic. punct. 4. nu. 32. & 33. ibique firmat hanc censuram ligare, etiam ordinatos Exemptos.

2. **FALSIS**. Qui ordinatur falsis Dimissoriis committit delictum depositione dignum text. est in cap. si Episcopus dist. 50. & idem in Constitutione Urbani VIII. Secretis la 33. execratur, & qui illius est reus, debet saltem per septennium ad Triremes damnari, ita decisum fuisse à Sac. Congreg. testatur Nicol. lucubr. civil. lib. 4. tit. 18. de publ. judic. §. item lex Cornelia de falso num. 87. & tenet quoque Donat. prax. rer. regul. tom. 3. tract. 3. de Regul. promov. quest. 6. & tanquam ordinatus sine Dimissoriis est ipso jure suspensus juxta dispositionem Constit. Pii II. la 7. Bull. nov. 1. si est in Sacris: si verò sit promotus ad Minores Ordines, secuta Judicis Ecclesiastici declaratione, fori Privilegio non gaudet, sed plenariè subjacet Sæculari potestati, ut habetur in citata Urbani VIII. Constitut. §. 4. meritò igitur talia attentantes debent per Episcopum excommunicatione puniri.

3. **SEU VITIATIS**. Litteræ Dimisso-

missoriales non falsæ, sed æquivocæ, captiosæ, necessaria non exprimentes, vel superflua, aut impertinentia continentes, non dicuntur vitiata: quia hujusmodi defectus tanquam respicientes formam, ex parte dimissi, & impetrantis, non vitiant, sed vitiantur: licet si deficerent in substantialibus rejici possent, & deberent. Vitium autem de quo loquitur formula Edicti, & quod cadit sub censura est illud, quo per dolum dimissi, scienter Dimissoria aliqua in parte substantiali mutantur, puta, si directæ Episcopo Diocesano, illius nomine abrafo subrogaretur Nolanus. 2. si concessæ pro Ordinibus tantum Minoribus, extenderentur ad Sacros. 3. si concessæ Paulo, nomine mutato, illis uteretur Petrus. 4. si concessæ Novitio, scriberetur Professus. His inquam casibus, & similibus, dimissus diceretur furtivè, & per dolum ordinatus sine Dimissoriis, cum in omnibus deficiat consensus dimittentis, & per consequens est ipso jure suspensus juxta Conc. Tridentin. dispositionem cap. 8. sess. 23. de reform. Quapropter cum hi, qui hæc agunt dicantur falsarii, ut late probat Farinac. *quæst. 150. rectè excommunicatio Episcopi illos præcedit.*

4. **QUI TITULUM, &c.** Si quis ordinetur sine titulo Beneficii, Pensionis, vel Patrimonii sciente Episcopo seu cum Episcopi culpa, Episcopus tenetur ad alimenta ordinati. Et iste non est suspensus: si verò ordinatus solus est in culpa exponendo Beneficium, sive Patrimonium falsis probationibus in totum, vel in parte non verum, & fictitium, tunc ipse solus pœnas incurrit, nimirum suspensionis, per Canones *Neminem, & Sanctorum distincti. 70. inflictæ, & per Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. de reform.* quoad hoc innovatus, & hanc Sententiam tuentur Quarant. in *Summ. Bullar. verb. Ordo vers. tertius casus pag. mibi 380. Pignatell. consulti. 67. num. 15. & sibi tom. 5. ubi plures declarationes Sac. Congregat. Episcop. & Regular. & Concilii refert, & de stylo Curia, & praxi Pœnitentiariæ testatur, & bene oppositis respondendo firmat modernus Pirhing. in *jus Canon. lib. 1. titul. 11. numer. 112. Passer. de stat.**

*hom. tom. 3. quæst. 189. art. 10. insp. 8. num. 341.*

5. **Qui** verò titulum habet fiduciarum, scilicet cum pacto, & conventionione occulta ante ordinationem facta de non petendo, vel restituendo postquam ordinatus fuerit, id quod pro titulo donatum fuerat, licet de juris rigore, & secundum mitiorem DD. sententiam, suspensionem non incurrant (ex quo dicatur cum titulo ordinari, & ejus promissio est invalida) ut ex doctrina Navar. in *conf. 17. de tempor. ordin. aliorumvè DD. substatiget Quarant. loco supra citato in verb. Ordo vers. quod intellige par. mibi 381. (contra quem stant Sayr. de Censur. lib. 4. cap. 15. num. 23. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 32. num. 8. qui tenent esse suspensum) nihilominus quia graviter peccat, & impunitus remanere non debet, ut ibid. Quarant. advertit jure tam hic, quam qui cum ficto, aut nullo titulo fraudolenter ad Ordines Sacros recipiendos accedit, potest excommunicatione in Edicto comminata ligari.*

6. **Qui** autem esset de Beneficio, seu Canoniatu sufficienti ad congruam sustentationem provifus, non posset à suo Ordinario, sive ab alio de ejus licentia ad Ordines Sacros promoveri ad titulum Patrimonii, sed debet ordinari ad titulum dicti Beneficii, sic respondit *Sac. Congreg. Concilii in Sorana 26. Januarii 1669. quam confirmavit, & extradi mandavit in alia Camerinen. 4. Augusti 1685. lib. 32. Decr. fol. 4.*

7. **Item**, qui ordinatur ad titulum Beneficii non sufficientis ad sustentationem, & datur patrimonium in supplementum, tunc Sac. Congreg. Concilii solet rescribere id fieri posse si Ecclesiæ necessitas aut utilitas, id exigere videatur, prout rescripsit in *Signina 18. Septembr. 1683. & in Civitatis Plebis 10. Junii 1684.*

8. **Item** ordinari quis non valet ad titulum Servitii Ecclesiæ receptitiæ in qua omnes Sacerdotes Patriæ admittuntur, & personaliter inserviando percipiunt ex massa communi aliquam certam summam, ut respondit *Sac. Congreg. Concilii in Marsicen. 16. Maii 1682. lib. 32. Decr. fol. 273.*

9. Neque quis ordinari potest ad titulum Cappellanæ fundate cum hac lege, quod Cappellanus electus amoveri non possit nisi in casu, quod deficeret in celebrando, ut declaravit *ead. Sac. Cong. in Sabin. 15. Nov. 1687. lib. 37. Dec. fol. 632.*

10. Neque ad titulum mensæ Abbatialis Regularis, mediante obligatione Abbatum, & Capitulum Regularium, de victu providendo (in casu necessitatis) ordinandis, ut respondit *ead. Congr. in Labacen. in Carniola 2. Junii 1650. lib. Dec. 19. pag. 62.*

11. Neque qui assignationem Mensæ obtinuit ab aliquo Majestatis Principe quousque provisus fuerit de Beneficio sufficienti, vel de aliis bonis unde vivere queat, saltem in nostra Italia, ut declaravit *ead. Congr. in Florent. 28. Junij 1704.*

12. Neque laicus, cui à proprio Episcopo denegata fuit prima Tonfura, initiari poterit vigore litterarum Dimissorialium Episcopi alterius Diocesis, coram quo fuerit presentatus ad Beneficium Ecclesiasticum Jurispatronatus, *Sacr. Congreg. Concilii in Mutinen. 26. Januarii 1658.*

13. Neque ordinare potest Episcopus Fratrem, seu Nepotem suum absque Dimissoriis proprii Ordinarii, sub prætextu, quod illum uti familiarem retinuerit Domi propriis expensis, etiamsi ei conferat Beneficium, *Sac. Congreg. Concilii in Calatina 7. Februar. 1654. lib. 14. Dec. pag. 317.*

14. Nec minus Familiarem triennalem, qui sit illegitimus, cum quo dispensare non potest, *Sac. Congreg. Concilii 25. Junii 1590. lib. 7. litt. pag. 189.*

15. Si quis autem ordinaretur ab Episcopo loci Beneficii, & possessionem caperet, post susceptos Ordines, ordinatio irrita, & nulla esset, *Sac. Cong. Concilii in Carilonen. 18. Martii 1684. lib. Dec. 34. fol. 78.* irritam intellige non quoad veritatem, & substantiam Ordinis, seu characterem, sed quoad exercitium, Passerint à Sextul. *incap. si Episcop. num. 1. de præb. & dignit. in 6.* Item si Beneficium ad cujus titulum ordinatur ab Episcopo non suo non esset sufficiens juxta taxam sui Ordinarii, *Sac. Congregat. Concilii in Ariminen. 10. Januarii 1705.*

16. Attenta Clericorum penuria, & necessitate Ecclesiæ potest Episcopus Ordines Sacros conferre ad titulum assignationis perpetuæ fructuum aliquorum bonorum stabilium, qui sufficiant pro congrua sustentatione ordinari, *Sac. Congregat. Concilii 13. Febr. 1598. Pirhing. in jus can. lib. 1. tit. 11. n. 73. Garc. de benef. par. 2. cap. 5. n. 97.*

17. Item Sac. Congreg. Conc. aliquando dispensat ob penuriam Sacerdotum, vel paupertatem locorum, ut quis possit promoveri ad titulum Cappellanæ amovibilis, dummodò sit redditus sufficientis pro victu; accedente obligatione valida nominare debentis de non removendo ordinando, durante illius vita, prout indulget in una *Mutinen. 17. Decemb. 1690. & in Eugubina 17. Aprilis 1706. & Sac. Congr. Episcop. facto verbo cum SS. in S. Agathe Gotbor. 17. Octobris 1617.* Hæc tamen hujusmodi dispensationes frequentius expediuntur per datariam Apostolicam, quas Officiales vocant expeditiones ad Vitam.

18. Qui verò titulum habet Patrimonii constitutum sub conditione -- donec, & quousque provisus fuerit de Beneficio Ecclesiastico, aut aliunde habuerit unde commodè sustentari valeat, quo casu eveniente Patrimonium redeat ad constituentem absque alia declaratione: non dicitur spoliatus neque privatus titulo, quamvis Beneficium, vel bona acquirat, sed viget Patrimonium, ut prius non obstante conditione prædicta, donec ab Episcopo non fiat subrogatio, sic declaravit *Sac. Congr. Conc. 12. Julii 1687.* in qua confirmavit decreta olim emanata in *Terracinen. 8. Augusti 1602. & 20. Julii 1619.* & nuper in *Senogallien. 20. Junii 1705. ad 4.* & hæc addenda sunt aliis auctoritatibus, quas retuli *tom. 1. tit. 3. annotat. ad form. 18. num. 2.*

19. Si autem Patrimonium liberè constituatur, non potest ordinatus illud postea donare, reservato sibi usufructu ad vitam, absque expressa licentia Episcopi *Sacr. Congregat. Concilii 10. Octobris 1676.* Neque in Emphyteusim concedere reservato defuper annuo Canone fructibus correspondente, absque dicta

dicta Episcopi facultate, eadem Congregat. in *Parmen.* 20. Julii 1641. in qua licet concessor esset Beneficiatus, adhuc quia ordinatus fuerat ad titulum Patrimonii in Emphiteusim concessi, declaravit concessionem non sustineri *lib. 16. Decret. pag. 555.* & idem probavit in alia *Aquilana* 24. Februar. 1652. *lib. 19. Decret. pag. 172.* Neque illud ad hæredes transmittere, si esset constitutum in executionem præceptis Testatoris, qui mandavit hæredi ut faceret ordinatio necessarium patrimonium quia tunc censetur donatio facta ad vitam, *Caren. resol. 2. post art. 3. n. 2. & 3.*

20 An autem Concilium prohibens alienationem Patrimonii absque consensu Episcopi, extendatur prohibitio ad fidejussionem, per Clericum factam, ita ut respectu d. Patrimonii obligatio non sustineatur? *Sac. Congregat. Concilii* ad dubitum sibi propositum *sub die 11. Martii 1642.* respondit extendit etiam ad fidejussionem, & jussit dari declarationem sequentem -- *Die 5. Februar. 1604. Sac. & C. Censuit neque in hujusmodi Patrimonio, neque in ejus fructus ad Clericum alendum necessarios executionis locum esse posse, licere ante capere in causam judicari eam fructuum portionem, quæ quartannis superest, ultra ea, quæ ad ordinati sustentationem, non laute, sed tenuiter vivendo Judicis Ecclesiastici arbitrio fuerit necessaria: posse autem ipsum creditorem accipere insolutum, atque vendere jus sibi competens ad hujusmodi patrimonium, quod post mortem ipsius promoti, ad creditorem, uti res hereditaria pertinebit, & ratio est quia licet Clericus non debeat fidejubere *c. 1. de fidejussor.* tamen si de facto fidejubeat tenet obligatio, *Caren. resol. 168. n. 4.**

21. Item poterit patrimonium ab ordinando constitui in annuis perpetuis Censibus creatis ad formam Bullæ Pii V. cum hac lege, quod Debitores in casu redemptionis, teneantur pretium deponere penes Aedem Sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam ad effectum reinvestiendi, cum eisdem qualitatibus in aliis Censibus, vel bonis stabilibus locis montium non vacabilibus, & quod tale investimentum

*Monacelli Form. Pars II.*

teneatur facere ipse ordinatus sub pena suspensionis ipso facto incurrendæ. Quod si contigerit Patrimonium ab aliis quam ordinandis in hujusmodi censibus constitui: curare debet Episcopus quod constituentes in forma juris valida se se obligent, quod in casu redemptionis, pro sufficienti ordinati victu providebunt, donec iterum investiantur, ut rescriptis *Sacr. Congreg. Concilii 21. Julii 1629. in Nullius lib. 14. Decr. pag. 109.*

22. Ordinati præterea ad titulum Beneficii, si delinquant, vel non resideant, vel aliud demeritum habeant, possunt ser. ser. Beneficiis privari, non obstante quod ad eorum titulum fuerint promoti, aut loco patrimonii subrogatis, ut pluries declaravit *Sacr. Congregat. Concilii*, & in specie in *Firmana* 30. Maii 1665. *lib. 24. decis. fol. 495. in Romana* 18. Martii 1684. *lib. 34. fol. 80. & in Vercellen.* 15. Decemb. 1696.

23. Et tandem qui Beneficium de pertica, Pensionem inexigibilem, & Patrimonium infructiferum habet, nullum titulum legitimum ad Ordines Sacros habere dicitur, quia idem est, rem non habere, vel habere, sed inutilem *leg. quoties ff. qui satisd. cogant. & expresse cautum habetur in capitul. 2. sess. 21. Concil. Trident. ibi -- quod sibi ad victum honestè sufficiat pacifice possidere, Garc. de benefic. par. 2. cap. 5. num. 105. & seqq. Pirhing. in jus can. lib. 1. tit. 11. numer. 72. vers. Nomine autem.*

24. QUI LEGITIMAM ÆTATEM. Ordinatus in Ordinibus Sacris ante legitimam ætatem, & si caracterem Ordinis recipiat, est perpetuò suspensus ipso jure, & si ante legitimam ætatem durante suspensione, antequam ab ea absolutus sit, in susceptis Ordinibus ministrare præsumperit, eo ipso irregularitatem incurrit, juxta *Constit. Pii II. supra citatam Bullar. nov. tom. 1. la 7.* cujus dispositio locum obtinet etiam in Regularibus, ut communiter tradunt *Pac. Jord. lucur. tom. 1. libro 3. tit. 7. num. 211. Pirhing. in jus can. lib. 1. tit. 11. n. 95.*

25. Et quamquam Constitutio rædicta, non compræhendat ordinatos ad

G 3 Mi-

Minores Ordines, ut ex Sententia magis communi DD. tenent, quarant. *in Summ. Bullar. verb. Ordo versic. Secundo limita pag. mibi 377. Pac. Jord. loco citato num. 215. Pirhing. ibid. num. 96. vers. notandum*, attamen tam hi, quam primi, propter crimen falsitatis possunt ab Episcopo excommunicatione puniri, attenta culpæ gravitate Bonacina *de suspens. disp. 3. punct. 5. num. 2. versic. 5. recipientem*, dummodò falsitatis conscii sint, prout additur in Edicto; qui enim sine dolo, bona fide, ignorantia non affectata; recipit Dimissorias falsas à viro bonæ opinionis, vel sub fide Parentum utitur falsis scripturis, poenas falsarii non incurrit, nec Edictum eum ligat, nec Pii II. Constit. nisi sciat scripturas esse falsas, quia ignorans non dicitur delinquere, ex traditis à Bellett. *disq. cleric. par. 2. tit. de poenitent. Cleric. §. 28. num. 6. Quarant. loco citato versic. quibus sic specialiter examinatis*, Pac. Jord. *ibid. num. 216. Pirhing. d. num. 96.*

26. An autem Episcopus absolvere possit à suspensione incurfa ob promotionem ad Sacros Ordines ante debitam ætatem contra prohibitionem dictæ Extravagant. Pii II. vigore Trid. *sess. 24. cap. 6. de reform. affirmat Pac. Jord. loco quo supra citato num. 214. donec delictum remanet occultum: Immodò etiam ab irregulariter ex eadem causa contracta Episcopum in foro conscientie dispensare posse, si delictum est occultum tenet Quarant. loco quo supra versic. secundo limita. Si autem non esset amplius occultum, absolutionem suspensionis, & irregularitatis dispensationem ad Papam pertinere tenent Bonac. *de suspens. dict. disp. 3. de punct. 5. versic. 3. hujus suspensionis Sayr. de censur. lib. 4. cap. 14. n. 11. & lib. 7. cap. 10. n. 36.**

27. Si quis autem esset initiatus Clericali tonsura ante septennium, validè esset ordinatus, licet ordinatio sit illicita, & Episcopus incurrat suspensionem per annum à collatione ejusdem primæ tonsuræ per text. *in cap. nullus de tempor. ordin. in 6. neque ulla indigeret dispensatione pro Ordinibus ulterioribus suscipiendis, ut respondit S. Congr. Conc. in Cotronen. 19. Augusti 1684.*

28. QUI IRREGULARES ETC. Episcopus, qui ordinare non potest, nec debet irregulares, nec eos, qui aliqua Ecclesiastica censura irretiti sunt *cap. sepè de tempor. ordin. cap. cum illorum de sentent. excom. in 6. Barbol. de jur. Eccles. lib. 1. capit. 33. num. 107. Pirhing. in jus can. lib. 1. tit. 12. num. 20. (& quatenus ordinet, sunt ipso jure suspensi, & sunt irregulares, ac si in Ordinibus susceptis ministrasset Pac. Jord. lucubr. tom. 1. lib. 3. tit. 6. nu. 382. (nè hujusmodi furtivè accedentes hoc attentare præsumant, sub anathematis interminatione valet prohibere cap. 1. & tot. titulo de eo qui furt. ordin. susc.*

29. Porro si hujus occulti criminis Episcopus notitiam privatam haberet, possit vigore *cap. 1. sess. 14. de reform. suis subditis ascensum ad Ordines denegare: immodò, & à Divinis suspendere, ut sepè declaravit Sac. Congreg. Concilii, nempe 12. Augusti 1628. lib. Dec. 181. pag. 4. in Vercellen. 21. Martii 1643. in Bononien. 14. Novemb. 1654. & in Alerien. 24. Nov. 1657. neque tenetur exprimere reo causam refectionis, seu suspensionis; sed tantum Sedi Apostolicæ si requiratur, ut habetur in *d. Vercellen.**

30. Si verò delictum ex quo provenit irregularitas esset publicum, & actus quo incurritur occultus, veluti si publicè excommunicatus, vel notoriè fornicarius, occultè exercitasset actum Ordinis, Episcopus non possit dispensare. Quod si delictum occultum esset, actus verò ex quo irregularitas incurritur publicus, tunc bene rerum absolveret, ut respondit *Sacr. Congregat. Concilii 23. Augusti 1582. lib. 85. pag. 175.*

31. Clerici Concubinarii notorii sunt ipso jure à Divinis suspensi *cap. nullus cap. præter 32. dist. Bellett. disq. cler. part. 2. tit. de poen. cleric. §. 3. num. 1. & per tot. ubi concordantes Sacr. Congregat. Concilii in Alerien. 8. Maii 1653. lib. 16. decr. pagin. 230. & idè omninò repellendi: Ad hunc autem effectum tunc Clericus diceretur Concubinarius, si habeat, vel habere credatur fornicariam consuetudinem cum Muliere, de qua esset diffamatus in sua, vel Mulieris vicinia: Et sic sive Domi, sive alibi Concubinam retineat,*

neat, & suis nutibus habeat, satis de hoc crimine constare dicitur Ricc. decis. Cur. Archiep. Neapol. part. 4. decis. 43. num. 4. Repellendi quoque sunt tanquam irregulares, qui voluntariè se castrati fecerunt, quia promoveri non possunt sine dispensatione Apostolica, ut respondit Sac. Congreg. Episcop. Episcopo Malevitano 15. Junii 1694. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 7. num. 12.

32. Item furiosis, & mentecapti sunt irregulares, & Sac. Ordinum incapaces: quæ regula vera est, & procedit non solum in eo, qui actu est demens: verum etiam in eo, qui aliàs mentis delirium passus est: ita ut verè fatuus dici potuerit quamvis ad suam mentem rediisset: nam hic non poterit promoveri sine Pontificis dispensatione, ut bene probat Eagn. in cap. eam te num. 47. de atat. & qualit. Tondut. quest. benef. tom. 1. par. 1. cap. 53. num. 10. & 11. ubi affert hanc distinctionem: quod si agitur de eo, qui ante furorē, & dementiam Ordines suscepit, potest Episcopus illorum exercitium permittere arbitrio suo, facto prius sanæ mentis experimento: si verò agitur de promovendo, Episcopus nullo modo dispenset. Et idem dicendum de Energumeno, qui licet fuerit liberatus, est tamen effectus irregularis, nec promoveri, nec de Beneficiis provideri potest, nisi obtineat dispensationem Apostolicam Sac. Congreg. Consilii 12. Februar. 1688. lib. 19. Decr. fol. 70. & 71. si autem antequam à Dæmone obsideretur, erat promotus, tunc procedit distinctio supra allata de fatuo Barb. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 33. n. 148.

33. Item Bigami, ad Ordines nunquam fuerunt ab Ecclesia recepti, & irregulares sunt, Sayr. de censur. lib. 6. cap. 3. num. 22. repelluntur etiam à minoribus Concil. Trident. sess. 23. cap. 27. de reform. cap. debitum, & tot. tit. de bigam. non ordin. & exuti sunt omni privilegio clericali, adeò ut nequeant nec habitum Clericalem deferre, Sac. Congregat. Consilii in Ugentina 12. Septembris 1620. libr. Decr. 64. pag. 718. Bigamus autem non dicitur ille, qui contrahit cum Vidua in articulo mortis constituta, ad ejus honorem

tuendum, cum qua antea rem habuerat; si matrimonio non consumato, Vidua decesserit, ut declaravit Sac. Congregat. Concilii in una Burgen. Bigamiæ remissa à Pœnitentiaria 17. Julii 1688. lib. 36. Dec. pag. 333. Nec qui contrahit cum Vidua à Primo viro non cognita, eadem Congr. in Senogallien. Bigamiæ 10. Decemb. 1661.

34. Sicuti non dicitur irregularis filius homicidæ Præsbyteri, qui poterit promoveri absque dispensatione, sic declaravit Sac. Congregat. Concilii 2. Augusti 1687. Neque ille, qui armatus cum Consanguineis accessit ad Domum Consanguineæ, ut compelleret eum, qui cum ea commiscebatur, fornicarius è fenestra se projiciens moritur eadem Congregat. in Pampilonen. 29. Septembris 1600. lib. 7. post. pag. 607. Nec alius, qui accedens ad Domum Mulieris conjugatæ fornicandi causa, si supervenientibus Viro, & Consanguineis Mulier occidatur, eadem Congregat. in Potentina 18. Martii 1684. lib. 34. Decr. pag. 64. Et ratio horum est, quia ad incurrendam irregularitatem ex homicidio non voluntario, non sufficit dare operam rei illicitæ, sed necesse est, quod actus illicitus, sit aptus sua propria natura ad homicidium: tunc enim culpæ imputatur, quando sequitur ex aliqua causa, ex qua vel semper, vel ut plurimum solet accidere homicidium, aliàs dicitur casuale, & est dispensabile per Episcopum, ut latè probant Graff. conf. lib. 5. titul. de homicid. conf. 2. num. 8. & per totum. Ricc. prax. rerum Eccles. part. 3. resol. 273. per totum. Ex qua conclusione inferitur, quod qui dedit mandatum ad sfregiandum, si mandatarius excedat fines mandati, & occidit, non dicitur irregularis ex homicidio voluntario, adeò ut sit indispensabilis, juxtà cap. 7. sess. 14. quia est solum voluntarium in causa, & non voluntarium directè, & in se, & potest proinde à Sede Apostolica dispensari, Sac. Congreg. Concil. 20. Novemb. 1681. lib. 22. pag. 59. & 7. Septemb. 1604. lib. 7. Dec. pag. 567. & 589.

35. Item irregularis non dicitur Judex, qui protulit sententiam mortis, vel mutilationis, nisi sequatur effectus

Sententiæ per ipsum latae, & idèd non indiget dispensatione *Sacr. Cong. Concil. in Cæsaten.* 1615. *lib. Decr. 22. pag. 297.* multoque minus incurret irregularitatem Clericus, qui exercuit Gubernium cum potestate ferendi iudicium sanguinis; sed tamen actu talem potestatem non exercuit, nec sententias Sanguinis protulit eadem *Sac. Congreg. in S. Severini 2. Junii 1703.* Et quod Notarius Criminalium, qui exercuit officium per plures annos, & plures ex suis Processibus fuerunt condemnati in pœnam mortis (sententiæ tamen exequutæ non fuerunt) non efficitur irregularis, tenuit *dict. Congregat. in Spoletana 14. Decembris 1630. lib. 14. Dec. pag. 365.* & N. qui per quatuor annos exercuit Prætoriam, & Sententias Sanguinis protulit, sed non constabat resultasse alicui pœnam prædictam, & dispensari ab irregularitate petebat *die 28. Martii 1676.* respondit-- *dispensandum esse ad cautelam.*

36. Neque irregularitatem incurrit Clericus, qui Judici sæculari petenti librum Baptizatorum exhibuit, ad effectum recognoscendi ætatem rei inquisiti de delicto, quod mortem meretur, & subiturus credatur, *Sac. Congregat. Concilii in Lycien. 10. Decembris 1661.* Nec qui digitum pollicem, aut indicem abscidit, quia non dicitur membrum mutilasse, sed membri partem, *Graff. conf. lib. 5. de homicid. conf. 13. num. 2.* quidquid sit respectu Sacerdotis patientis, qui non poterit amplius celebrare: At *Sac. Congregat. Concilii in Casu hoc petendam esse dispensationem ad cautelam 13. Julii 1687.* respondit. Clericus item qui levi Epilepsia semel affectus fuit, & deinde per plures annos amplius dicti morbi signa non dedit, promoveri poterit *Sac. Congregat. Concil. in Tudertina 19. Julii 1704.*

37. Clericus autem, qui militiæ nomen dedit, & armatus in bello servivit, stipendium accepit, ac expeditionibus militaribus se associavit indiget dispensatione ab irregularitate incurfa, licet moraliter certus sit, neminem mutilasse, læsisse, aut occidisse, *Sac. Congreg. Concil. in Ipren. 13. Januarii 1703.* & ipso jure amittit Beneficium, etiam si sit

Jurispatronatus, *Congregat. Concilii in Firmana 13. Januarii 1618.* Aut de Homicidio inquisitus; quia substinuit torturam indicia diluit, & fuit absolutus; hic enim si de delicto remanet fama non debet promoveri, quia remanet infamia facti, *Sac. Congregat. Concilii in Novarien. 1. Octobris 1661. lib. 22. Dec. fol. 666.* Si verò de homicidio inculpatus, tanquam non repertus culpabilis esset absolutus, tunc non indigeret dispensatione, *eadem Congregat. 8. Julii 1684.* Sicuti dispensatione non indigent, & possunt ordinari filii nati ex Matrimonio contracto cum impedimento affinitatis, cum mala fide Patris, & bona fide Matris, nam hi sunt legitimi, *Sac. Congregat. Concilii in Tornacen. 24. Martii 1684. lib. 31. Dec. fol. 400.* nec non Filii, & Nepotes Hæreticorum, quorum Patres, & Patruos constat emendatos esse, & pœnitentiam egisse, *dict. Congregat. 26. Septembris 1591. lib. 7. litter. pag. 277.* Descendentes autem ab Hæreticis non emendatis ultra secundum gradum per Paternam lineam, & ultra primum per Maternam non sunt excludendi ab ordinatione, sicuti nec Hebræorum, ut ibid.

38. Cæteri autem irregulares, prout sunt illegitimi, corpore vitiaati, vel imminuti, idest, qui aliquo membro carent, vel debiles parte aliqua corporis sunt; videri possunt apud *Sayr. de consuet. lib. 6. cap. 6. 7. & 8.* *Barbof. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 33. à num. 99. ad 153.* *Pirhing. in jus canon. lib. 1. tit. 11. num. 11. & pluribus sequentibus,* & notati sunt *tom. 1. tit. 3. post form. 1.* Et an, & quando hujusmodi sint dispensandi agit *Panimol. Dec. 89. annot. 1. & 2.* Hoc unum advertens, quod irregularitas, quæ repellit ab Ordine, non inducit incapacitatem pensionis, quia *cap. 7. sess. 14. de reform.* hanc non comprehendit, ut declaravit *Sacr. Congregat. Concil. in Novarien. 24. April. 1655. lib. 19. Dec. pag. 453.*

39. **REGULARES QUI SCIENTER NULLITER PROFESSI SUNT.** Cum etenim Decretum Concilii Trid. *cap. 2. sess. 21.* fuerit per Pium V. extensum ad Regulares non profesos,

fos, ut patet ex *Constitut. 75.* ejusdem Pontificis, jure merito Episcopus hic fatagitur ab Ordinibus arcere eos, qui nulliter professi sunt, & furtivè in fraudem d. Bullæ, ad Ordines accedere non verentur absque titulo: quia Constitutio prædicta habet locum tam in non professis, quam in nulliter professis, ut tenuit *Rot. in Urgellen. 3. Martii 1595.* quam Decisionem refert *Garz. de benef. part. 2. cap. 5. num. 12.* & concordat *Pac. Jordan. tom. 1. lib. 3. titul. 6. nu. 347. Dohat. prax. rerum regular. tom. 3. tract. 3. quest. 15. num. 3.* Et sic cum taliter ordinati ipso jure suspensi sint ab executione Ordinum, & graviter peccant, & qui ad *Tyrimenes* ob eorum demerita transmissi fuerunt, ob infamiam facti, quæ ex dicta pœna resultat, remaneant irregulares, ut declarat *Sac. Congr. Episcop. in Mantuana 20. Decembr. 1619.* poterunt sub anathematis interminatione prohiberi ne accedant.

40. Additur verbum, seu adverbium scienter: quia si Religiosus bona fide, ignorans nullitatem suæ professionis, reciperet Sacros Ordines, sicuti non peccaret ob bonam fidem, ita neque suspensionem à Pio Quinto infligam, nec excommunicationem comminatum ab Episcopo incurreret, quia unaquæque supponit peccatum mortale: secus si malitiosè, & cum fraude, ut distinguit *Donat. loco citato quest. 16.* Ex quibus remanet legitimatum Episcopi Edictum, adversus supra nominatim expressos cum comminatione Excommunicationis latæ sententiæ.

41. Imò addo, quòd si Episcopus, ante ordinationem protestaret, se non habere intentionem ordinandi exceptuatos, & monitos in hoc Edicto, jure faceret, & si protestatione neglecta hi accederent, Ordinem non reciperent, quia protestatio in hoc casu non est generica, sed cadit supra subjectos particulares nominatim expressos, ut bene distinguit *Donat. loco supra citato tom. 3. tract. 3. quest. 13. numer. 1.* ubi dubio sibi facto sic respondet -- *Aut Episcopus habet determinatam intentionem non ordinandi hos, vel illos, ex quo carent Patrimonio, ætate legitima Dimissoriis, & similibus, & sic*

*hi accedentes ad ordinationem, Ordines non suscipiunt: nam ex Concilio Nicæno, tria sunt de essentia Sacramenti; nempe intentio Ministræ, forma, & materia; ergo uno istorum trium deficiente non conficitur Sacramentum, ut patet de Sacerdote non habente intentionem consecrandi hostiam: Aut Dominus Episcopus, seu pro eo ejus Fiscalis protestatur in generali Dominum Episcopum non habere intentionem ordinandi accedentes cum impedimento occulto, & sic dicendum est, quod hi non obstante protestatione prædicta generaliter facta, verè ordinantur; nam censetur facta ad terrorem, & non ad alium finem, &c.* quam distinctionem approbat *Navarrus consil. 1. nu. 6. de eo qui furtivè ord. suscepit.*

42. Et si dicatur, quòd *Sac. Congr. Concilii in una Portolegren. 5. Aprilis 1704.* declaravit quondam Clericum, qui falsis Dimissoriis ordinatus fuerat, fuisse validè ordinatum, non obstante, quòd Episcopus ordinans fuisse protestatus se non habere intentionem: hoc evenit, quia protestatione mediante persona Secretarii facta, erat generalis, scilicet, se non habere intentionem ordinandi eos, qui non haberent requisita Concilii, juxta præcisos terminos distinctionis *Donati* mox allatæ: & ulterius Episcopus requisitus pro informatione, retulit se habuisse intentionem faciendi, quòd facit, & mandat Ecclesia: Unde talis Congregationis declaratio favet potius, quam adversetur.

43. Cæterum quoties de Episcopi animo, & intentione per protestationem explicitam adversus aliquos particulares nominatim expressos constat, & de mutatione, seu retractatione intentionis sufficienter non apparet, dicendum erit, quòd ordinatio sit invalida, prout olim major pars Cardinalium Congreg. Concilii ad ita decidendum inclinavit, ut refert *Gallenart. supra Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 7. num. 2. vers. questum fuit.* Et recenter ita eadem Congregatio declaravit sub die 31. Jan. 1688. in qua respondit -- *Nullam fuisse ordinationem, quondam Simonis Tractii, qui consecratis sibi falsis Dimissoriis accessit ad Episcopum*

pum N. qui agnoscens vel saltem dubitans, Dimissorias esse subreptitias, protestatus fuit in ipsa ordinum celebratione, ordines exposcenti conferre, quoties ipse sufficientem haberet gratiam, ac Dimissoria vere, & non adulterate essent. Si vero de mutatione intentionis prius expressa dubium esset, tunc ordinatio saltem sub conditione esset reiteranda, juxta stylum Pœnitentiariæ de quo testatur Pignatell. consult. 140. nu. 6. tom. 4.

44. Item notandum, quod commorantes in Urbe per quatuor menses, non possunt ordinari extra Urbem cum litteris Dimissoriis proprii Ordinarii, sed debent e præsentare Eminentissimo Cardinali Vicario, à quo debent ordines recipere vigore Edicti tempore Clement. VIII. de an. 1603. emanati, ac Alexandri VII. an. 1664. die 15. Maii, & declarationis Congregationis deputatæ ab eodem Pontifice approbatæ, aliàs contraveniendo suspensionem Papæ reservatam incurrunt Ulterius adest Constitutio Alexand. VII. impressa in Bullario tom. 6. in ordine la 126. quod in sex Episcopatibus propè Urbem in quibus non sunt suffraganei, quicumque ad Minores, vel Majores Ordines vult promoveri, debet ad eundem Eminentiss. Card. Vicarium cum litteris Dimissoriis sui Ordinarii, & non ad alium Antistitem accedere, & ab eo ordinari: Transgressores autem hujus Constitutionis, & alterius Urbani VIII. la 35. (si Ultramontani sunt) qui litteras Dimissorias Ordinarii à Nuncio Apostolico propriæ Nationis, & ab eodem Eminentiss. Card. Urbis Vicario recognosci facere neglexerunt, & ordinati fuere, solent ad Sac. Congreg. Concilii pro absolutione à suspensione incurfa obtinenda recurrere, quæ non nisi audito sæpè dicto Eminent. Card. Vicario gratiam facit, illos eidem pro absolutione remittendo.

45. Et tandem, quod sicuti Episcopus non potest cogere Clericos Minorum Ordinum ad suscipiendos Sacros Ordines, Sac. Congreg. Immunitat. 23. Augusti 1662. lib. 1. Decr. Rocci fol. 102. à tergo, ita nec in ordinibus conferendis promissiones Sacros Ordines suscipiendi ab ordinatis recipere, & ob inobservantiam promissionis

eos privilegiis clericalibus privare eadem Congr. in Hyeracen. 12. Augusti 1642. lib. 3. Dec. Paul. fol. 181. quia in malis promissis non expedit fidem observare. Dyn. de regul. jur. cap. in malis, & axioma dicit, in malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta Decretum cap. in malis 22. quest. 4. Quoties autem Ordinarius nolit supplicanti Ordines conferre, non poterit ab Archiepiscopo, cujus est Suffraganeus compelli ad allegandas causas cur renuat, sed ad Sedem Apostolicam, sed Sac. Congreg. Concilii erit recurrendum, ut dict. Congreg. respondit in Rbemensi 21. Aprilis 1668. confirmata in Calaguritana gravaminum 16. Julii 1695. in responsione ad 10.

Literarum Dimissorialium Formulæ pro Regularibus datæ à Lantusca in Theatr. Regular. verbo Ordo.

FORMULA IV.

PRO ORDINIBUS MINORIBUS

SUMMARIUM.

- 2 Dimissoriæ Regularium debent expediri juxta formam præscriptam à Clement. VIII. & n. 3. datur formula.
- 4 An Episcopus loci Monasterii possit ordinare Regularem Novitium ex alio loco oriundum, afferuntur DD. opinioniones.
- 5 Ordines Minores conferri debent pro temporum interstitia, & videntur 6. 7.
- 9 Datur formula Dimissorialium pro Subdiaconatu.
- 10 Religiosus nulliter professus est merus secularis.
- 11 Religiosus nulliter professus, per suspensionem Ordinis Sacri non dicitur professionem ratificare.
- 12 Litteræ Dimissoriales Regularium debent continere testimonium de innocentitate.
- 14 Datur formula Dimissorialium pro Diaconatu.
- 16 Dimissoriæ pro presbyteratu debent con-

- continere formam præscriptam in Concilio Niceno.
- 17 Datur formula Dimissorialium pro Presbyteratu.
- 18 Superiores Regulares, quando dimittunt ordinandos ad Episcopum non Diocesanum, debent in litteris Dimissorialibus fidem facere de impedimento Diocesani.
- 19 Episcopus favore Regularium super interstitiis dispensat absque inquisitione, quoties Superiores in Dimissoriis de necessitate testantur.
- 20 Episcopus in dispensatione interstitiorum Clericorum Secularium, quid advertere debeat, ostenditur.
- 21 Quæ sint causæ justæ dispensationis interstitiorum, referuntur placita DD. & nu. 22. 23. 24. 25. & 26.
- 27 Superiores Regulares non observantes Decretum Clem. VIII. incurrunnt poenas in eo comminatas ipso facto.
- 28 Decretum Clem. VIII. fuit innovatum pro Præmostratensibus: qui si sint in Monasterio Nullius, Dimissoriæ dantur viciniori.
- 29 Regulares ab Episcopo Diocesano in examine rejecli, non possunt dimitti ad alios Episcopos, sed debent recurrere per viam recursus ad legitimum Superiorem.
- 30 Græci Albanenses græco ritu viventes, & in Italia commorantes ad Sacros Ordines promoveri non possunt absque litteris Dimissoriis Episcopi Latini Diocesani.
- Græci, qui ordinantur ab Episcopo Latino ad Ordines Minores, debent iterum confirmari sub conditione.
- 31 Regulares Societ. Jesu non compræbentur in Decreto Clem. VIII.
- 32 Regulares Societ. Jesu ordinandi, non subiiciuntur examini, nisi adsit consuetudo.
- 33 Indulto Societ. Jesu non gaudent alii Regulares, qui per communicationem privilegiorum de eo participant.
- 34 Regulares, qui gaudent privilegiis Sedis Apostolicæ per solam communicationem, illis uti non possunt, quoties sunt tertio præjudicialia, & n. 35. 36. & 37.
- Abbatibus Monachorum, & alii Prælati Episcopi inferiores habentes usum Pontificalium servare tenentur Decretum Alexandr. VII. quod adducitur.
- 38 Clausulæ arbitrio, sive conscientiam vestram onerantes, non tollunt juris dispensationem, sed moderant.
- 39 Arbitrium Episcopi in exequendis Brevibus extra tempora favore ordinandorum expeditis, quomodo sit regulandum ostenditur, & n. 40.
- 41 Presbyteri Congregat. Oratorii Urbis, & Neapolis possunt ordinari facere suos Alumnos ab Episcopo Diocesano Domicilii.
- 42 Habentes litteras Dimissorias proprii Ordinarii, ut possint ordinari à quocumque possunt ordinari à Nuncio Apostolico.
- 43 Qui petit ordinari, & non docet esse confirmatum, potest admitti si juret Sacramentum confirmationis recepisse.

## NN. in Sæculo N.

## I.

1. **E**A summa Religio, ac humilis pietas, qua erga Deum Benedictum  
 „ fungimur vehementer nos cogit, ut selectos ac probatos Juvenes ad  
 „ sacra munera obeunda destinemus: Cumque te debita ætate, morumque  
 „ honestate prædium, legitimis natalibus ortum, sacro Chrimatæ delibutum,  
 „ nec aliquo Canonico impedimento innodatum, nec non per Examinato-  
 res

res nostros idoneum repertum, & admissum noverimus; Tenore præsentium, cum salutaris obedientiæ merito, ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. Antistitem tuum Sabinen. *vel eo impedito ad quemlibet alium ordinationes habentem* (intra tamen Provinciæ nostræ limitem) mittimus, eumque humiliter rogamus, ut pro sua benignitate his quatuor proximis temporibus, Primam Tonsuram, nec non Quatuor Minores Ordines simul pro Ecclesiarum nostrarum necessitate tibi conferre dignetur, pro quo, & etiam pro nobis Deum præcari non cessabis. Vale. Datum &c.

## ADNODATIONES.

2. Hæc Lantuschæ formula, quia differt à formula Regularibus præscripta à Sacra Congregat. Concilii demandato Clem. VIII. in Decreto, quod per extensum dedi *tom. 1. in Appendice pag. ....* & deficit in aliis, reformanda videtur, nè ab Ordinariis, qui jura callent rejiciatur: Primò enim non exprimit an ordinandus sit Novitius, an Professus, & in quo Conventu reperiatur de familia assignatur. Secundò dimittit ordinandum ad Diocesenum, & eo impedito, ad quemcumque alium ordinationem habentem in

Provincia, quæ expressio omnino moderanda est, nam si Diocesanus verè est impeditus, tunc subditus debet absolute dimitti, non ad alium quemcumque, sed ad habentem gratiam, & communionem cum Sede Apostolica, cum attestazione impedimenti Diocesani Episcopi, prout dictum Decretum jubet, Tertiò rogat, ut conferatur simul Prima Tonsura cum quatuor Minoribus Ordinibus: quæ postulatio exorbitat à jure, quia etiam Ordines Minores gradatim sunt conferendi, nisi aliqua justa causa intercedat dispensandi arbitrio Episcopi. Sicque corrigi, & concipi poterit modo sequenti.

## Formula mutata.

3. **H**umilitas, & pietas, quas profiteamur, nos cogunt, & impellunt, ut selectos, & probatos Juvenes ad serviendum Deo in nostra Religionis cælitus vocatos, ad sacra munera obeunda, promovendi ad ordines curamus. Cumque te ad Habitum Religionis admissum, & in conventu N. de familia existentem debita ætate, morumque honestate præditum, legitimis natalibus ortum, sacro chrismate delibutum, nec aliquo canonico impedimento (quod sciamus) innodatum: nec per examinatos nostros idoneum repertum, & admissum noverimus; Tenore præsentium cum salutaris obedientiæ merito, ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. Episcopum tuum N. mittimus, eumque humiliter rogamus, ut tibi sic dimisso, & licentiato, his proximis Quatuor futuris temporibus mensis N. (vel temporibus a jure Statutis) Clericalem Tonsuram, Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, & Accolatus, Ordines Minores pro necessitate nostrarum Ecclesiarum omnes, simul (si ibi expedire videatur) interstitiis etiam non servatis, conferre dignetur &c.

4. **IN CONVENTU N.** Quæstio est inter DD. an Episcopus intra annum probationis possit ordinare Novitium, qui ex alio loco oriundus est, in Monasterio verò Diocesis illius ad probationem sit admissus? & negativam tenent Pac. Jord. *lucubr. tom. 1. libr. 3. tit. 6. numer. 29. & 30.* ex eo fundamento, quod Novitii non sint subditi Regularium, & ideo non possint à Superiori-

rioribus licentiarum ad ordines, sed requirantur Dimissoriales Episcopi loci originis, Pignatell. *consult.* 189. nu. 152. 10. 9. & faret quoque Donat. *prax. rer. regular.* tom. 2. tract. 6. par. 2. *quest.* 25. nu. 9. & 10. contra Passerin. à Sextula de *stat. hom.* 10. 3. *quest.* 189. art. 10. *insp.* 4. n. 63. qui firmat quod Prælati Regularis potest Dimissorias concedere etiam Novitiis non professis; ea scilicet ratione, quia Novitii gaudent gratiis, & privilegiis Ordinis, quamvis expressè in illis non continentur, & quod hodie fit servandum Decretum Clement. XII. & *insp.* 10. n. 851.

5. **OMNES SIMUL.** Omnes ordines, etiam Minores conferendi sunt per temporum interstitia—*ut ordinandi* (sunt verba *Conc. Trid. sess. 23. c. 11.*) accuratius edoceri possunt, quantum sit ordinis, quem suscipiunt pondus, & dignitas, & prius se in suscepto ordine exercent, quam ad alium ascendant. Et quia pro his certè, & determinate interstitia non sunt definita, iudicio Episcopi relinquuntur, prout magis sibi expedire videatur. Regulariter tamen sufficit distantia unius diei festivi ab alio, ut dicit Pac. Jord. *d. tit. 6. n. 406.* sed hoc verum puto in ordinando provecæ ætatis, non autem in Juvenibus, qui Ecclesiis inserviunt: nam alias frustraretur intentio Concilii, mox relatis verbis expressa.

6. Imò Fagnan. *incap. de eo 11. 12. num. 14. & 15. de tempor. ordin.* hæc habet Tertia opinio inter prædictas media fuit Innocentii existimantis Episcopum non posse quatuor minores ordines sine intervallo temporis simul conferre nisi dispensatè, non autem de jure, licet dispensatio juris sit, nam interstitia temporum, etiam in minoribus ordinibus sunt. Secunda *cap. in singulis 77. dist. glos. 1. in cap. fin. infr. de eo, qui*

*furt. ord. suscep.* Hæc tertia opinio videtur hodie approbata à *Trid. Synodo c. 11. sess. 23. &c.* Caveat autem is, qui in tali casu omnes minores ordines simul recipit, ne simul etiam recipiat Subdiaconatum, &c. Rursus caveat ne cum quatuor minoribus ordinibus eadem die Primam Clericalem Tonsuram recipiat, quia cum Tonsura secundum opinionem Canonistarum sit ordo c. cum contingat cum ibi notatis, infra de ætat. & *qualit. non potest Episcopus, eam cum quatuor minoribus uni simul conferre, & talis ordinatio, nec per jus, nec per Consuetudinem approbatur, & collatio plurium ordinum simul est generaliter reprobata, c. litteras, & c. dilectus infra eod. ita Host. hic n. 2. quem sequitur Jo. Andr. nu. 7. Butr. n. 6. adiciens duas alias considerationes. Prima est, quia non est conveniens, ut una die quis sit laicus, & Acolytus. Altera est, quia in hoc cap. nihil dicitur de Psalmista, &c.*

7. Pirhing. *verd. in jus can. lib. 1. tit. 11. num. 83.* dicit—*Et hodie quidem ex recepta passim Ecclesiarum Consuetudine quatuor minores ordines simul eodem die conferri eidem possunt, sicut, & olim, ac jure antiquo poterant, ut colligitur ex cap. 2. junctâ glos. vers. minores de eo qui furt. ordin. suscep. & tradit glos. in cap. 3. vers. ad minores hoc tit. idque approbavit Sac. Congreg. Concil. teste Fagn. in cap. de eo num. 26. & 40. hoc tit. imò etiam cum Prima Tonsura licitum est simul conferre ordines minores eidem, ubi talis Ecclesie Consuetudo viget ut in Germania. Et sic duo sunt advertenda. Primum, quod Episcopus potest, sed justa causa non interveniente non debet sine intervallo, Minores Ordines conferre, Secundo quod cum Prima Tonsura, potest etiam Ordines Minores uni eadem die conferre, sed non omnes.*

## Pro Ordine Subdiaconatus.

### II.

8. **C**UM muneris nostri ratio exigit, Ecclesiis nostri Ordinis idoneos Ministris providere: Cumque debita ætate, morumque honestate præditum, ac in inferioribus ordinum gradibus constitutum, in eisque probè

ver-

» versatum noverimus; tenore presentium cum salutaris obedientiae merito, ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. Antistitem tuum N. vel eo impedito, ad quemlibet alium ordinationem habentem, mittimus, eumque humiliter rogamus, ut pro sua benignitate his quatuor proximis temporibus, sacrum Subdiaconatus Ordinem, tibi conferre dignetur, pro quo &c. ut supra, &c.

*Hæc secunda ejusdem Auctoris formula patitur defectus supra notatos in prima, & forte majores; unde reformanda videtur modo sequenti.*

### Formula mutata.

» **M**uneris nostri cura exigit, ut Ecclesiis nostri Ordinis idoneos ministros provideamus: Cumque te libera voluntate in nostra Religione Professum, & nunc de familia in Conventu N. assignatum, debita ætate viginti unius annorum completorum, legitimis natalibus, ortum morumque honestate præditum, ac in Acholytatus Ordine constitutum, in eoque aliisque Minoribus Ordinibus per annum probatum, & in iis, quæ ad ordinem exercendum pertinent probè versatum, & instructum, nec non ab Examinatoribus nostris examinatum, & idoneum repertum ac admissum; nulloque impedimento Canonico innodatum (quod sciamus) noverimus; Tenore presentium cum salutaris obedientiae merito, ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. Antistitem tuum N. mittimus, & licentiam; eumque humiliter rogantes, ut pro sua benignitate his quatuor proximis futuris temporibus mensis N. Sacrum Subdiaconatus Ordinem ad titulum Religiosæ paupertatis, tibi conferre dignetur, &c.

10. **PROFESSUM.** Hæc qualitas ordinandi dimissi, est necessariò in Dimissoriis Regularium exprimenda: quia si non est professus non poterit ordinari ad titulum religiosæ paupertatis: sed servandum erit Decretum *Conc. Trid. c. 2. sess. 21.* quod Pius V. extendit, & observari mandavit cum Religiosis adhuc non professus, ut patet ex *Bulla 75. Bullar. tom. 2. pag. 272.* Unde Dimissorias Prælatorum Regularium pro Ordinibus Sacris expeditas, & talem explicitam expressionem non continentes, rejiciant Episcopi ordinantes, nè poenas in d. Constitutione comminatas incurrant. Et Superiores Regulares illas non concedant iis, quorum professio nullitate laborat, aut rumor viget, professum de ea in judicio querelam proponere velle: & idèd pro eorum instructione, ponuntur in formula verba illa — *Libera voluntate professum*: qui enim nulliter professus

est, non potest ab eis dimitti ad suscipiendos ordines, quia non est Religiosus, sed merus sæcularis, ut in his terminis dixit *Palsenius de hom. stat. 10. q. 189. art. 10. insp. 8. n. 34.*

11. Neque decipi sinant, quod petentes Dimissorias ad ordines videantur quodammodo professionem nullam velle tacite ratificare: quia potius ita se Religiosos verè professos fingentes, quarunt furtivè promoveri, cum nullo jure caveatur, quod nulliter professus, per susceptionem ordinum in Religione, suam professionem ratificet, ut docent *Navar. conf. 6. n. 2. de bit. que. vi. mor. Donat. prax. rer. regular. tom. 2. par. 2. tract. 8. de Dom. Novit. q. 5. nu. 11. & alii apud Pignatell. conf. 173. n. 74. tom. 1.*

12. **EXAMINATUM.** Dimissoriales debent continere non solum commendationem, seu testimonium de legitimis natalibus, ætate, & moribus: sed etiam de scientia, & idoneitate ordinandi juxta

tà monita Concilii Trident. cap. 3. 8. & 12. *sef. 13.* Unde qui petit dimitti prius examinari debet super habilitate, idq; factum fuisse in litteris suis debet exprimere dimittens, ne videatur dimittere indignos ut docet Piafec. *prax. Episc. part. 1. cap. 1. art. 2. de subdit. ord. n. 17.* Piringh. *in jus can. lib. 2. tit. 11. n. 66. vers. continere debent:*

quod servandum etiam in Regularibus, etiam si juxta Concilii dispositionem in citato *cap. 12.* iterum ab Episcopo examinari debent ut bene observat Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 10. num. 30. circa fin. & proinde formula Latuschæ tanquam in his defectuosa reformanda est, sicut in cæteris, quæ in prima notavimus.*

## Pro Ordine Diaconatus.

## III.

13. **UT** debitus Deo cultus in Ecclesiis nostris eo decentius exhibeatur, quo magis Ministrorum idoneorum numerus suppetat, sufficienter pro posse procurare non desistimus, atque inde ad altiores gradus promoveri eos satagimus, qui in Sacris constituti, sese laudabiliter exercuerunt. Tibi ergo jam in Sacro Subdiaconatus Ordine constituto, ac in eo, per annum probè versatum, Tenore præsentium, cum salutari obedientiæ merito concedimus, ut proximis futuris quatuor temporibus, ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. Antistitem tuum Reatinum Sacro Diaconatus Ordine instituendus accedas (si est dispensandus) cum humiliter deprecantes ut pro nostrarum Ecclesiarum necessitate, super interstitiis te dispensare, & eodem ordine te insignire dignetur. Vel eo impedito &c. pro quo &c.

Hæc tertia formula videtur magis defectuosa quàm secunda; quia non solum non fit mentio de scientia, & idoneitate; sed neque de ætate ac moribus, & sic reformanda est prout prima, secunda, modo sequenti.

## Formula mutata.

14. **UT** debitus Deo Cultus in nostris Ecclesiis per fideles ministros, piè, & religiosè exerceatur: eos qui sese in servitio Altaris, aliisque Sacris Functionibus laudabiliter exercuerunt, ad Altiores Ordines promoveri satagimus. Tibi ergo in nostra Religione libera voluntate Professio, & de familia in Conventu N. assignato, in Sacro Subdiaconatus ordine legitime constituto, ac in eo per annum probè versato, debita ætate morumq; honestate prædito: nec non per Examinatores nostros examinato, idoneoque reperto & admissio, nulloque Canonico impedimento (quod sciamus) irretito, per præsentis cum salutari obedientiæ merito licentiam concedimus, ut proximis futuris quatuor temporibus mensis N. ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. Antistitem tuum Reatinum, Sacrum Diaconatus Ordinem susceptorus accedas, eum deprecantes, ut præfatum Ordinem ad titulum religiosæ paupertatis, tibi conferre dignetur &c. (si est dispensandus super interstitiis dicatur) in Sacro Subdiaconatus Ordine ac ætate legitima viginti duorum annorum completorum constituto, ac in eo per

sex

„ sex menses probe versato. Per presentes &c. eum deprecantes, ut non so-  
 „ lum prædictum Ordinem Diaconatus tibi conferre, sed pro nostrarum Ec-  
 „ clesiarum utilitate, & necessitate, super interstitiis te dispensare dignetur &c.

## Pro Ordine Presbyteratus.

### IV.

15. **A**D supremum Presbyteratus Ordinem eos tantum Religiosos promo-  
 „ vere satagimus, qui inferioribus ordinibus constituti, sese laudabili-  
 „ ter exercuerunt: cumque te debita ætate, morumque honestate præditum,  
 „ Sacro Diaconatus Ordine insignitum, ac in eo per annum probè versa-  
 „ tum, necnon per Examinatores nostros idoneum repertum, & admis-  
 „ sum, nec aliquo Canonico impedimento innodatum noverimus; Tenore præ-  
 „ sentium cum salutaris obedientiæ merito tibi facultatem elargimur, quatenus  
 „ proximis quatuor futuris temporibus ad Illustrissimum, & Reverendissimum  
 „ D. Antistitem tuum Terracinen. Presbyteratus Ordinem suscepturus accedas,  
 „ cui te plurimum in Domino commendamus. Vale.  
 „ Datum Romæ &c.

16. Hæc ultima Lantuschæ formula, præter defectum (qui notatur in omnibus) expressionis loci. Conventus in quo Religiosus dimissus reperitur assignatus de familia, deficit in expressione substantiali licentiæ tribuendæ ordinanti conferendi subdito Ordinem Presbyteratus: nam ultima verba formulæ ibi *Cui te plurimum in Domino commendamus* hoc non significant; Unde cum non habeat requi-

sita Dimissorialium contenta in formula præscripta à Concilio Nicæno, quæ legitur in cap. 1. & 2. 73. dist. Scilicet licentiam recipiendi, & licentiam conferendi, ut ibi --- *litteras Dimissorias ei dedimus per quas, & ipsi concedimus, & vobis licentiam tribuimus ut si dignum cum judicaveritis ad Sacros Ordines promoveretis*: debet reformari, sequenti vel alio modo simili.

### Formula mutata.

16. **C**UM qui piè, & fideliter in ministeriis Ecclesiæ se gesserint, ad Presbyteratus Ordinem assumendi sint. Tibi in nostra Religione libera voluntate Professo, & de familia in Conventu N. assignato in ætate legitima, vigintiquatuor annorum completorum constituto, morum honestate, & religiositate prædito, Sacro Diaconatus Ordine insignito, & in eo per annum integrum probè versato, per Examinatores nostros examinato, ad docendum populum ea quæ necessaria sunt ad salutem, & administranda Sacramenta idoneo comprobato, nulloque canonico impedimento (quod sciamus) irretito. Tenore præsentium cum salutaris obedientiæ merito licentiam elargimur, ut proximis futuris quatuor temporibus mensis N. ad Illustrissimum, & Reverendissimum D. Antistitem tuum Terracinen. Presbyteratus Ordinem suscepturus accedas, eum rogantes, ut prædictum Sacrum Presbyteratus Ordinem ad tit. religiosæ paupertatis, tibi conferat &c. (si peccatur dispensatio *ab interstitiis* dicatur ut in præcedenti correctæ formula.)

18. Si

18 Si verò Dimissoriae ob absentiam, vel aliud impedimentum Episcopi Diocesani, dirigantur alteri Episcopo, tunc dicitur. *Te ad Illustriss. & Reverendiss. D. Episcopum N. (attenta absentia à Diocesi N. Antistitis tui, de qua per presentes indubiam fidem facimus, & testamur) dimittimus &c.* Et sic de aliis impedimentis: An autem, hæc Superioris Regularis fides de impedimento Diocesani sufficiat, ut Episcopus non Diocesanus debeat, & possit Regularibus conferre ordines? Passerin. *de stat. hom. tom. 3. quæst. 189. art. 10. insp. 10. num. 868.* concludit quod hoc sit arbitrium Episcopis, licet Decretum Clem. VIII. illam sufficere de iudicet, & ad eos privative spectare teneat Pac. *Jord. lucubr. can. lib. 3. tit. 6. num. 24. vers. ex tenore Decreti.* Puto tamen, quod in praxi tutior via sit, habere fidem Tribunalis Diocesani, ut admittit libenter idem Pass. & monui to. 1. in *Appendic. ad d. Decretum Clementis n. 6.*

19 Quo autem ad dispensationem interstitiorum, si Superiores in litteris Dimissorialibus illam petant, Episcopus sine alia inquisitione subsistentiæ causæ potest concedere, Barbof. *de off. & potest. Episc. alleg. 18. num. 10.* Quo verò ad cæteros non Regulares, sed subditos, quia sæpè contingit dubitari, an absit nec ne iusta causa dispensandi præfertim inter Diaconatum, & Sacerdotium, in qua dispensatione juxta Concil. Decretum *cap. 14. sess. 23. de ref.* exigitur utilitas simul, ac necessitas, ad instructionem animi ordinantis, *DD.* placita in hoc articulo hic referre placet.

20 Et Primò est præmittendum, quod iustæ causæ dispensandi sunt tres, ad quas aliæ reduci possunt. Prima utilitas communis vel privata; Secunda necessitas communis vel privata; Tertiã pietas, misericordia, vel charitas ut colligitur ex *Conc. Trid. sess. 25. cap. 18. de reformat.* ubi habetur quod in dispensationibus est considerandum delictum personæ, cui concedenda est; tum persona dispensantis, tum bonum Reipublicæ, & Cultus Divini, in cuius incrementum, & promotionem redundare debet dispensatio, quæ omnia juxta qualitatem temporum, loci, & personarum arbitrio boni viri iudicanda sunt, & sufficit

*Monacelli Form. Pars II.*

quod dictæ causæ sint iustæ speculative, & non pract. cæ, Petr. Paul. Guazz. *ad defens. anim. lib. 2. def. 1. cap. 8. num. 55.* Hocposito, descendendo à regula generali ad speciem.

21 Graff. *de effect. cleric. in prælud. num. 334.* dicit-- Quæ causæ dispensandi in casu nostro sunt duæ, scilicet necessitatis aut utilitatis Ecclesiæ; quæ Prima causa necessitatis poterit exemplificari, si in Diocesi, esset Sacerdotum defectus, & non adessent Confessarii, qui sufficerent pro necessitatibus Populi, & Sacerdotes essent inhabiles ad confessionem audienda, & promovendi essent habiles. Secunda causa est utilitatis Ecclesiæ, quæ potest exemplificari, ut quia promovendus esset vitæ multum exemplaris, vel vir summæ doctrinæ, vel ita nobilitatis, & potens, qui Ecclesiam ab alio oppressam posset sua auctoritate defendere &c.

22 Ricc. *prax. rer. for. Eccles. part. 4. resol. 215.* post distinctionem allatam interstitiorum inter Minores, & Sacros Ordines, & causæ dispensationum à Concilio in unoquoque ordine requisitæ nu. 3. concludit sic-- Taliter quod Navarius in suo opere novi juris Pontificii *concl. 3. numer. 7. de dispensat. docet iustas causas dispensationis in huiusmodi interstitiis solere esse utilitatem Ecclesiæ, vel ejus necessitatem, cujus quidem Ecclesiæ utilitas esset, quoties illa egeret personis, & ministris idoneis ad serviendum; necessitas verò esset, quando pauci essent ministri idonei, vel quando deficerent idonei, & non idonei, affirmans pariter debere Episcopum advertere idoneos ministros legitimis occupationibus esse detentos, & aliquando ob in valetudinem non residere in Ecclesia, quo in casu putat Novarius, & docet quidem, necessitatem simul, & utilitatem moraliter, intervenire, & consequenter iustam dispensationis causam præbere.*

23 Tambur. *de jur. Abbat. tom. 2. disputat. 11. quæst. 24. post numer. 5.* ait-- Dicitur ergo quod tunc est Ecclesiæ utilitas quando sunt pauci ministri idonei, & utile sit, quod aliquis ordinetur; necessitas vero, quando non solum pauci sunt ministri, sed etiam deficiunt idonei, & non idonei. Et hæc omnia quæ diximus omnino moraliter de iudicanda sunt, non enim in puncto indivisibili consistunt, sed juxta conditionem, & statum loci, & temporis

H arbi-

arbitrio prudentum virorum determinanda: in hoc enim negotio Episcopus, & Prælati, non debet rigorosum sensum sequi, sed qui rebus moralibus, & ad porrectum nimis aptus est, sensum eligat. Imo tunc dicenda esset utilitas Ecclesie, quando Ecclesia habet quidem idoneos ministros, sed aliis opus habet, ut melius ei seruiatur; necessitas vero, quando habet paucos ministros, & aliis indiget, ut in iunctis oneribus occurrere possit, ita Consert. in compend. Privileg. &c.

24 Pirhing. in jus can. lib. 1. tit. 11. nu. 91. post medium hæc habet -- In dispensatione vero interstitiorum inter diaconatum, & sacerdotium requiritur necessitas, & utilitas copulativè, ita ut non sufficiat sola utilitas, sed exigatur etiam necessitas, ut patet ex cit. sess. 23. cap. 14. idque quia ministerium sacerdotii est omnibus reliquis majus, & sublimius, &c. nisi quis dicere malit particulam, ac sumendam esse disiunctivè in cit. cap. 14. ita ut sufficiat sola Ecclesia, vel etiam ipse dispensati utilitas, quippe, quæ in aliis dispensationibus majoris momenti sæpe sufficit, &c. Non enim requiritur causa necessitatis, vel utilitatis publica, & extraordinaria, sed sufficit talis, quæ prudenti iudicio Episcopi, spectatis circumstantiis loci, ac temporis, & conditione personæ, hic, & nunc sufficiens iudicetur. Mirand. &c. Barb. alleg. 18. num. 5. cuiusmodi causa sufficiens dispensandi in interstitiis censeri quoque potest eminentis doctrina, vel morum probitas, vel alia ordinandi merita, præsertim cum Ecclesia etiam talibus ministris indigeat.

25 Passerin. de hom. statut. & off. tom. 3. quest. 189. art. 10. in sp. 16. num. 837. dicit sic in proposito tamen nostro erit utilitas quando licet Ecclesia habeat ministros, utilius tamen erit, ut habeat in majori numero, ad inserviendum populis, & ad divina persolvenda; necessitas vero, ne dum quando Ecclesia non habet ministros idoneos, & non idoneos, sed quando habet Ecclesia paucos ministros, & aliis indiget, ut in iunctis oneribus occurrere possit &c. Bordon. resol. 67. nu. 12. qui plures utilitates recenset, ut si Clericus in brevi expectet Beneficium, vel Regularis gradum. Neque enim semper est necessaria utilitas publica, cum id relinquatur arbitrio Superioris.

26 Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 5. cas. 427. numer. 31. inter causas iustas dispensandi super interstitiis, præter supra notatas ab Auctoribus mox citatis, enumerat quoque causam studiorum dicens juxta autem causa, qua videri poterit Episcopo non observare hæc temporum interstitia esse potest causa studiorum, quibus ille promovendus incumbit, ita declarando Conciliares constitutiones scribit bene eruditus Horatius Luvius Callien. in tract. de privileg. Scola. privileg. 99.

27 Ex quibus auctoritatibus, poterit Episcopus in dispensationibus interstitiorum, suum arbitrium regulare. Et Superiores Regularium ex formulis Dimissorialium ut supra extensis, & animadvertionibus desuper factis bene precipient, quomodo se gerere debeant ut penas à Clement. VIII. in sæpe citato Decreto infligatas non incurrant: neque attendenda est opinio Passerin. per me relata tom. 1. in Append. annot. ad d. Decretum, putantis, penas non esse latæ Sententiæ: quia est contra communem sensum aliorum DD. quos ibi allegavi, quibus nunc addo Barbos. supr. Conc. session. 23. cap. 10. de reform. nu. 11. Quomodo enim dici possunt ferendæ sententiæ si sunt Papæ reservatæ? Reservatio quippe supponit perneceisse penam comminatam contrafaciendi jam esse incursum; cum non sit reservabile, quod adhuc expectat declarationem.

28 Præterea Decretum hoc Clement. VIII. fuit à Sacra Congr. Concil. innovatum pro Regularibus Præmonstratensibus, quibus censuit sub die 20. Jul. 1665. dandam esse declarationem sequentem. Sacra Congr. censuit Superiores Regulares posse suo subdito Regulari qualitatibus requisitis prædicta Dimissoria ad Episcopum Diocesanus, nempe illius Monasterii de cuius familia est promovendus, & si Diocesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, aut sedes vacaret, ad quemcumque alium Episcopum, modo ab eo Episcopo, qui ordines contulerit examinetur quoad doctrinam, & dummodo ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissorialium ad tempus, quo Episc. Diocesanus abfuerit, aut nullas ordinationes habiturus erat; Verum etiam cum à Superiorib. Regul. Dioc. sano

sano absente, vel ordinationem non habituro Dimissoria dabuntur in eis huiusmodi causam absentia, vel ordinationum non habendarum exprimentam esse. Quod si Regulares ordinandi merentur in Monasterio Nullius Diocesis, Dimissoria concedenda erunt ad Episcopum viciniorum, & in eo procedent omnia de Diocesano Episcopo superius expressa l. 29. fol. 108.

29 Ulterius advertant Regulares, quod si fuerint ab Episcopo Diocesano in Examine reprobati, non possunt à suis Superioribus mitti ad alios Episcopos pro ordinibus suscipiendis, & si hoc faciant, Episcopus non Diocesanus sic eos ordinans à collatione ordinum per annum erit suspensus, & ordinati à susceptorum executione suspensi erunt quamdiu Episcopo Diocesano expellere videbitur manere suspensos, ut Sac. Congreg. Concilii respondit Archiepiscopo novi Regni Granatae 14. Marti. 1620. lib. 56. Dec. pag. 610. sed si reijciantur debent recurrere per viam appellationis ad legitimum Superiorem, eadem Sac. Congr. 23. Aprilis 1604. lib. Decr. 55. pag. 859.

30 Episcopi verò præter supra notata pro Regularibus, debent advertere, quod Græci, vel Albanenses, græco ritû viventes, & commorantes in Italia sine literis Dimissoriis Episcopi Latini Diocesani ad Sacros Ordines promoveri non possunt, aliàs eo ipso suspensi sunt, & si suspensi in suis ordinibus ministraverint irregulares efficiuntur prout disponit Constitutio Clement. VIII. la 34. §. 4. Si autem ad Ordines Minores promovere illos velint, qui à Presbyteris Græcis in Baptismo fuerunt Chrismate in fronte consignati, debent eos iterum sub conditione confirmare, videlicet *N. si es confirmatus, Ego te non confirmo, sed si non es confirmatus, Ego consigno te signo Crucis & confirmo te Chrismate salutis & in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, ut eadem Constitutio mandat.

31 Item quod Decretum Clem. VIII. supra examinatum, & cætera animadversiones, non tangunt Religiosos Societatis Jesu: nam hi ex speciali indulto Gregorii XIII. impresso in Bullar. novo tom. 2. Constitut. 77. §. 3. prævia suorum Superio-

rum facultate ad quoscumque, tam Minores, quam Sacros Ordines promoveri possunt à quolibet Episcopo, & Antistite gratiam, & Communionem Sanctæ Sedis habente, absque ulla inquisitione de requisitis, & signanter absque ulla interfectionum observatione, adeo ut in tribus Dominicis, vel aliis festis diebus, etiam continuis in Sacris valeant ordinari: quod indultum Gregor. XIV. & Paulus V. (ut ajunt) confirmarunt: cui non officit Decretum emanatum tempor Innoc. XII. 14. Decembr. 1639. super moderatione Indulgentiarum suscipiendi ordines extra tempora: tum quia Privilegiis non derogat: tum quia idem Pontifex instante P. Thyrsio Gonzalez Generali, & referente Eminentissimo Card. Sperellio tunc Vicegerente sub die 17. Augusti 1695. declaravit, præfatum Decretum non comprehendere Clericos Societatis, sed in illorum ordinatione servandam esse Constit. Greg. XIII. qui derogatum non fuisse per Constit. Sixti V. tenet Cherubin. in compend. Bullar. Schol. 1. ad d. Bull. 77.

32 Et cum de huius Indulti intelligentia dubitasset Archiepiscopus Mechlinien. oraculum Sac. Congregat. Concilii exquisivit, & duplici dubio proposito nempe.

- I. *An Clerici Societatis Jesu Sacros Ordines ab Archiepiscopo Mechliniensi suscepturi, debeant se subijcere examini, prout cæteri Regulares?*
  - II. *An Clerici Societatis Jesu habitantes in Diocesi Mechlinensi, Archiepiscopo ordinationem habente, possint extra Diocesim Mechliniensem ordinari ab alio Episcopo in propria Diocesi?*
- Sac. Congregat. die 5. Julii 1681. respondit,  
Ad 1. Negativè nisi ad su consuetudo in contrarium.  
Ad 2. Affirmativè.

33 At ignorare non debent, quod hoc indulto non gaudent, nec uti possunt alii Regulares, qui cum Societate participant sua privilegia: non solum

quia in §. 4. d. Constitutionis, five Indulti id fieri non debere expresse cavetur, ibi -- *Præsentis autem gratiæ communicationem omnibus in aliis etiam, qui sua privilegia cum ipsa Societate participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum fieri omnino prohibemus*: sed etiam quia, ut placitis tum Rotæ, tum Congregationis Concilii, ostendi in *annot. ad Edict. monit. contr. usurp. bon. Eccl. S. fructu, & emolumentum num. 14.* Privilegia, quæ Regularibus per Sedem Apostolicam tribuuntur per solam communicationem, illis non suffragantur, nec uti possunt quando sunt præjudicialia tertio, vel derogant juribus specialiter Episcopis, & Sedi reservatis: & ut melius conclusio inconcussa maneat, nunc alia ejusdem Congregationis responsa addo, &c.

34. Primò, in Nepefina in qua cum Abbas Generalis Silvestrinorum vellet uti in celebratione Missæ paramenti Pontificalibus absque speciali indulto, sed per solam communicationem Privilegiorum aliorum Abbatum, *sub die 14. Aprilis 1638.* id sibi non licere responsum fuit, *lib. 16. Dec. pag. 1.* Et hic adverte, quod alii Abbates Monachorum, & Prælati Episcopo inferiores habentes usum Pontificalium tenentur servare formam præscriptam in Decreto generali Sac. Congreg. Rit. ab Alexandro VII. anno 1659. approbato, quod datur subnexum, & declarationes emanatas super eodem Decreto anno 1660. quæ pariter referuntur.

## DECRETUM

Circa usum Pontificalium Prælati  
Episcopo inferioribus concessorum.

*A Sac. Rit. Congregatione ordinaria habita coram Sanctiss. Domino Nostro Alexandro Papa VII. emanatum.*

Die xxvii. Septembris MDCLIX.

Sacrorum Rituum Congregatio tollendis, ac eliminandis circa Ecclesiasticos Ritus, qui irreperunt abusibus sedulè in-

tenta, post Episcoporum Ceremoniale evulgatum (quo quidquid ad ipsos in Sacris Ceremoniis pertinet abundè præscripsit) idem quoad inferiores Prælatos, qui Pontificalium usu fruuntur præstandum curare necessarium existimavit, ut excessus aboleantur, uniformisque inducatur Sacrorum Ritus in omnibus, eo præsertim tempore, quo privilegia ipsi præperam interpretantes obtendentesque, parum obsequi student decretis pluries ab eadem Sacra Congregatione hac in remet evulgatis, aut ipsa ignorare prætendunt. Quamobrem omnia simul, ut unico conspiciantur obtutu, cogere perque capita digerere constituit, quò facilius observentur.

I. Super Altari in quo Sacra erunt facturi, septimum nequaquam apponant Candelabrum.

II. Cathedram, seu Sedem fixam, & permanentem in eorum Ecclesiis ne detineant, sed tribus ipsis diebus quibus ex antiquis decretis tantummodò Pontificaliter celebrare est iis permittitur, mobili Sede, seu Cathedra utantur, quam nihilominus simplici sericeo panno coloris Festivitatis congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut phrygio, seu basilico opere exornato.

III. Baldachinum adhibere supra sedem poterunt non pretiosum, aut aureum, sed simplex, & eo, quod Altari superimponitur, materia, & opere inferiorius. Ad ipsam autem per duos tantum gradus in Presbyterii superficie stratos ascendatur.

IV. Non abacum alium præter parvam mensam, & in cornu Epistolæ parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, necnon Mitra, Calix, Missale, Thuribulum, Navicula, & reliqua ad celebrationem necessaria collocentur. Propè verò mensam eandem parieti hærens Baculus Pastoralis aptetur.

V. Dies verò, quibus solemniter ipsi operari conceditur, sint de præcepto festivi, vel alii in quibus ipsis Pontificaliter celebrare, Festivitatis ratio exigat, nempe Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicacionis Ecclesiæ. Abstineant autem ab hujusmodi

Pon-

Pontificalium usu in Officiis, & Missis Defunctorum quocumque die etiam festivo, & de præcepto.

VI. Ad Ecclesiam accedentes licet Pontificaliter Divina peracturi, iisdemque absolutis ab Altari recessuri à suis Canonicis, vel Monachis ( ut mos est Episcoporum ) ne associari se sinant.

VII. Præter duos Sacrificii Ministros Diaconum nempè Evangelii, & subdiaconum Epistolæ, duo alii tantum Diaconi cum dalmaticis, & unicus Presbyter cum pluviali eis assistant. Duo insuper Cappellani, qui de Mitra, & Baculo, actotidem Acoliti pro candelabris inserviant, Præterea sex alii Canonici, vel Monachi, duo scilicet pluvialibus; duo planetis, totidemque tunicellis induti divinis hujusmodi interesse valeant, qui tamen non in sedibus, seu stalli choralibus, sed in scamnis absque postergalibus panno viridi laneo coopertis situ congruo accommodatis, moxque illinc removendis confideant.

VIII. Mitram pretiosam, nisi illis expressè à S. Sede indultam, non adhibeant. Sub Mitra pileolum nigri tantum coloris induant. Baculum Pastoralem albo velo appenso deferant, ab iisque, & aliis Pontificalibus etiam de Ordinariorum licentia extrà Ecclesias sibi subiectas prorsus abstineant, & neque in Processionibus, quæ ab eorum Ecclesiis per vias extrà ambitum, vel Parochiam ducuntur, insigniis prædictis utantur, vel penes se præferri faciant.

IX. Regulares rochetum non deferant, nisi ex tali Ordine fuerint, cui indumentum hujusmodi competat.

X. Invitati ad Ecclesiam exemptam, nec in illa Pontificalibus uti valeant, nec illi, qui non fuerint Abbates perpetui, vel benedicti, in propriis Ecclesiis uti possint privilegio perpetuis Abbatibus, vel aliis benedictis indulto.

XI. Sacras vestes ex Altari non sumant, nisi Pontificaliter Divinis vacaturi.

XII. Indulgentias impartiri, vel publicari non audeant, absque expresso S. Sedis indulto.

XIII. Pontificales benedictiones cum

*Monacelli Form. Pars II.*

crina Crucis productione in Missis tantum Pontificalibus, necnon Vesperis & Matutinis pontificaliter itidem celebratis licere sibi tantum meminerint. Privatim verò Populis, quamvis pleno jure subiectis, nisi expressè ipsis permissum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Ecclesiam incedentes, benedicere non præsumant.

XIV. Præsentè Episcopo sine speciali Sedis Apostolicæ permissu, etiam Pontificaliter celebrantes, à benedictionibus cessent.

XV. Si Episcopus aderit, ipsius sedes in cornu Evangelii uno saltem gradu eminentior Abbatali est erigenda, hæcque altero gradu humilior, ut dictum est, in cornu Epistolæ collocetur. A latere Episcopi Canonici Cathedralis, propè Abbatem Canonici, vel Monachi Monasterii, & Abbatalis Ecclesiæ confideant. Confessionem cum celebrante Episcopus faciat, iisque thus thuribulo imponat, Evangeliorum textum osculetur, & populo solemniter ( quamvis Abbas ipse Pontificaliter celebret ) benedicat. Episcopus præterea trino ductu, & immediate Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas ( nisi celebret ) pariter duplici, ac subindè Canonici, vel Monachi Abbatalis Ecclesiæ unico tantum ductu thurificentur.

XVI. Abstineant tamen Episcopi ubi consuetudo contraria non viget à frequenti hujusmodi accessus ad Ecclesias exemptas in similibus actibus, ut liberiùs Abbates valeant suis uti privilegiis.

XVII. In Ordinibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, nec non in vestitionibus Monialium, & emissionis professionis earundem etiam pleno sibi jure subiectarum, in benedictionibus sacræ supellestilis cæterisque actibus ( Missarum, Vesperarum, & Matutinorum solemnibus ter tantum in anno, ut præfertur exceptis ) neque in Ecclesiis, Oratoriis, aliisque locis, tam publicis, quam privatis quantumvis exemptis, eisdemque Abbatibus pleno jure subiectis mitram, baculum, & quævis alia Pontificalia insignia, nisi de expressa Sedis Apostolicæ concessione adhibeant.

H 3 XVIII.

XVIII. Ecclesiasticam suppellectilem pro servitio dumtaxat futuram Ecclesiarum, vel Monasteriorum benedicant.

XIX. Reliqua Pontificalia extra loca ipsis Abbatibus subiecta, vel pro servitio alienae Ecclesiae, aut in subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum exercere non valeant, puta campanarum benedictiones, calicum: & similia, in quibus sacra adhibetur unctio, necnon Minorum Ordinum collationes.

XX. Concionatoribus, qui eorum subditis Verbum Dei praedicandi onus acceperint, benedictionem elargiri non praesumant, sed Episcopis, quibus jus huiusmodi privative competit omnino dimittant.

XXI. In Missis privatis quoad indumenta, ceremonias, ministros, Altaris ornatum, & benedictionis largitionem a simplici Sacerdote non discrepent; ac proinde sacras vestes induant in Sacristia, neque utantur Cruce pectorali, unico sint contenti ministro, aquam cum pelvi, & urceolo argenteis sibi ministrari non sinant, duasque tantum candelas super Altari adhibeant.

His autem Sanctissimo relatis, & in Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria habita coram Sanctitate sua per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Brancaccium accurate perlectis, mature discussis, Sanctitas Sua ea approbavit, & pro omnimoda eorundem observatione typis mandavit imprimi, ad valvas affigi, & publicari, ut elapso termino sex mensium a die publicationis eorundem omnes, & singulos usu Pontificalium gaudentes, tum seculares, tum Regulares quantumvis exemptos, & speciali expressione indigentes afficiant, & arctent, ac si omnibus, & singulis eadem exhibita, vel personaliter praesentata, intimata, seu notificata fuissent, Indulsetque praeterea locorum Ordinariis, ut auctoritate Sedis Apostolicae possint, imò debeant praefatos, etiam per Censuras compellere.

Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Praelatis proprium habere possint territorium, iuraque Episcopalia, nullisque

subdantur Episcopis, qui eos coercere, si exceperint, valeant, eos casus a Sede Apostolicae Nunciis, si aderint, sin minus ab Archiepiscopis, in quorum Provincia, vel ab Episcopis, Romano tantum Pontifici subiectis, intra, vel prope quorum Diocesis limites eorum Ecclesiae, vel Monasteria sita fuerint, tanquam a S. Sede delegatis ad huiusmodi Decretorum observationem praedicti omnino cogantur. Die xxvii. Septembris MDCLIX.

I. Episcopus Sabinen. Cardin. Sacchetus.

Loco ✠ Sigilli.

Franciscus Maria Phœbeus Sac. Rit. Congreg. Secr.

Declaratio Decreti Sac. Rit. Congreg. emanati die 26. Septembris 1659. circa usum Pontificalium pro Congregatione Cassinensium.

„ **P**rocurator Generalis Congreg. Cassinensium Sanctissimo humiliter supplicavit, ut dignaretur praecipere Congregationis Sac. Rituum, ut quae Abbatibus Cassinensibus particulari Apostolicae Sedis Indulto ex vetitis, ac praeter expressa in Decreto novissimo super usus Pontificalium edito, adhibere liceat, praevia discussione declararet. Sanctissimus autem Oratoris preces ad eandem Congregationem transmissit, rescripsitque per Eminentiss. D. Card. Franciottum notulam dubiorum supplici libello subnexam in ipsa Congregatione referri, quae.

„ Ad §. Quartum Decreti, quo prohibetur usus praeterquam unius Abaci, asserentibus Monachis haecenus ab immemorabili tempore eorum Abbates adhibere consuevisse secundum Abacum ad pelves, & urceolos exponendos, censuit servandum esse Decretum.

Ad

Ad §. Quintum, pro tribus diebus tantum de præcepto, &c. Pontificalis celebratio permittitur, exponentibus Monachi taxativam hujusmodi non extendi ad usum Pontificalium sine Baldachino, ac propterea ex Indulto Alexandri II. sibi competere Pontificalium usum in exequiis nobilium Virorum, Sac. Congregatio censuit hujusmodi privilegium tantummodo suffragari Monasterio Cavenfi, nec ad alia Monasteria extendit.

Ad §. Sextum, quo in accessu Abbatibus divina peracturi, & recessu ejusdem post divina absoluta, prohibetur associatio more Episcoporum, affirmantibus Monachis, se ab immemorabili tempore, simili associatione usos esse, atque indecorum videri, ut Abbas Pontificaliter peracturus Divina, solus Ecclesiam petat; Sac. Congregatio censuit annuendum esse petitis, modo non extrà, sed intra septa Monasterii sese ad Ecclesiam conferat.

Ad §. Septimum, quo taxatur numerus Ministrorum, exponentibus Monachis, Abbates indigere Ministris ad linteum, & Candelam, ad intortitia elevationis, & ad candelabra Evangelii, ad Mitram, & Baculum; Sac. Congr. censuit indulgendos fore alios quatuor Ministros Cotta indutos, præter expressos in Decreto.

Ad §. Octavum, quo usus Mitræ pretiosæ, & baculi sine velo appensio vetitus est, asserentibus Monachis Mitram pretiosam ipsis de jure competere, velum quoque nunquam eos consuevisse baculo appensum adhibere, nec esse de ritibus Romanæ Ecclesiæ, sed Ambrosianæ tantum; Sac. Congreg. censuit, quoad Mitram, servandam esse dispositionem *cap. ut Apostolica de privil. in sexto*, quoad Baculum verò servandum esse Decretum.

Ad §. Decimum, quod prohibetur usus Pontificalium in aliena Ecclesia licet exempta quamvis Abbas ad ipsam fuerit inviatus, exponentibus Monachis eos inibi pontificalibus Insigniis habere usos esse, idque à jure ipsis permissum præsumere; Sac. Congregatio censuit servandum esse Decretum.

Ad §. Undecimum, quo Sacras vestes ex Altari sumere Abbates privatim celebraturi prohibentur, asserentibus Monachis, se hæcenus tali privilegio gavisos esse; Sac. Congregatio censuit servandum esse Decretum.

Ad §. Decimumtertium, quo disponitur ne Abbates extrà Pontificalia, pontificali more, ac trina Crucis productione, nec non privatim occurrenti Populo, tum Pontificaliter induti, etiam per Ecclesiam incedentes benedicant; asserentibus Monachis, Abbates in Missis privatis hæcenus Episcopali more benedixisse, & Pontificalibus præsertim indutos, per Ecclesiam transeuntes occurrenti Populo Benedictionem elargiri consuevisse, Sac. Congregatio censuit servandum esse Decretum.

Ad §. Decimumquartum, quo in præsentia Episcopi Abbatibus denegatur facultas benedicendi solemniter, etiam in Pontificalibus; asserentibus Monachis, ex privilegio ipsis, etiam præsentè Episcopo benedictiones hujusmodi competere; Sac. Congregatio censuit servandum esse Decretum.

Ad §. Decimumquintum; quo traditur ordo inferioribus Prælatibus Divina pontificaliter peragendi, præsentèque Episcopo loci Ordinario, exponentibus Monachis, Episcopo vetitum reperiri ingressum in eorum Ecclesias ipsis invitatis; Sac. Congregatio censuit servandum esse Decretum.

Ad §. Decimumseptimum, quo usus Mitræ, & reliquorum insignium Pontificalium, præterquam tribus anni diebus abrogatur est, suggerentibus Monachi, indecorum videri, ut in ordinibus conferendis, in Consecrationibus, in receptionibus, & professione Monachorum, & Monialium Abbates mitram non adhibeant, Sac. Congregatio censuit indulgendum fore, ut ea tantum utantur in actu ordinationum, & benedictionum cum Sacro Oleo.

Ad §. Decimumnonum, quo vetita est Abbatibus Benedictio Sacræ Suppellectilis pro usu alienarum Ecclesiarum, asserentibus Monachis, etiam pro aliena Ecclesia ex Apostolico indulto eis

licitum esse Ecclesiasticam suppellectilem benedicere. Sac. Congregatio mandavit exhiberi indultum authenticum ex Archivio Apostolico defumptum, ac interim abstineri.

Ad §. Vigefimumprimum, quo in Missis privatis prohibentur Abbatibus quivis ritus, & prærogativæ ad Episcopos privativè spectantes, exponentibus Monachis, Abbates Cassinenses hæcenus in Missis privatis adhibuisse quatuor Candelas, Ministros ad lotionem manuum, & duos Assistentes cum Cotta &c. Sac. Congr. censuit, servandum esse Decretum, præsentisque declarationis Decretum Typis imprimi posse concessit. Die 12. Junii 1660.

Prædictis autem Sanctissimo relatis, Sanctitas Sua ea approbavit, & Decretum editum die 27. Septembris 1659. omnino exequi, & servari mandavit. Verùm quo ad §§. quintum, sextum, septimum, octavum, & decimumseptimum, ad limites tantum præsentis declarationis, & non aliàs salva quavis contraria verbaliter expressa dispositione privilegiorum particularibus Monasteriis Congregationis Cassinensium concessorum. Die 20. Junii 1660.

I. Episcopus Sabinen. Cardin. Sacchetti.

Loco ✠ Sigilli.

Franciscus Maria Phæbeus Sac. Congr. Rit. Secret.

Anno à Nativitate D. N. JESU Christi 1660. Indictione 13. die verò 3. Febr. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. anno ejus quinto supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Andream Castruccium Apostol. Curs.

Laurentius Barbigionus Curforum Magister.

35 Secundò, in Flandria belgica in qua exposito -- Greg. XV. & Urb. VIII. concesserunt omnibus, & singulis personis Congregationis S. Mauri Ord. S. Benedicti, uti, & gaudere posse omnibus, & singulis Privilegiis, & gratiis, & libertatibus concessis Congregationibus Cassinensium, S. Victoris, & omnibus quibuscumque ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium, Militarium, & Hospitalium. Concessa est autem Patribus Cassinensibus facultas absolvendi in utroque foro, ac dispensandi super censuris, irregularitatibus, & inhabilitatibus, Monachos suos, qui ante Religionis ingressum, homicidii voluntariis, & involuntariis, aliisque peccatis facinoribus, irregularitates, ac censuras incurrerunt: eadem facultas concessa est Patribus congregationis Montis Oleretti, Ord. Prædicatorum, nec non Patrib. Soc. Jesu; Patres igitur Congr. S. Mauri querunt.

- I. An etiam ipsi habeant diſtam facultatem absolvendi, ac dispensandi?
  - II. An possint suos Monachos rehabilitare ad Ordines, & Dignitates?
- Die 14. Aprilis 1683. Sac. Congr. respondit ad utrumque Negativè.

36 Tertio, in Messanen. in qua cum PP. Theatini prætenderent ipsis licere uti Altari portatili in vim communicationis Privilegii concessi (ut asserebant) à Pio IV. Canonicis Lateranensibus, & Archiepiscopus contra eosdem tanquam delinquentes (ex quo eo usi fuerant) procedere potuisse contenderet, partibus informatibus sub die 15. Novemb. 1698. decisum fuit præfatis PP. Theatinis non licuisse, neque licere, & Ordinarium contra eos procedere potuisse, etiam ad censuras.

37 Quarto in tetminis collationis ordinum in Senen. in qua cum plures Regulares prætenderent vigore communicationis, & participationis Societatis Jesu, Indulti, promoveri posse, & debere extra tempora, interstitiis non servatis, absque alia Apostolica dispensatione: requirente Archiepiscopo oraculum Congregationis, & exposcente an ipse licite hoc facere posset, sub die 11. Aprilis scilicet 2. Maii 1699. responsum dedit his verbis. Dilata, & interim Archiepiscopus abstinere,

neat, donec exhibeantur sufficientia Privilegia, & advertit quoque Ventrigl. in prax. annot. 44. §. unico n. 12. & iterum idem rescriptum fuit ab ead. Sac. Congregatione in Assisen. 23. Januarii 1706.

38 Et tandem præcavere, quod in executione Indultorum suscipiendi ordines extra tempora, sive favore Regularium, sive Sæcularium Clericorum concessa, & expedita sint non est festinandum; Nam hujusmodi indulta moderant quidem, sed non tollunt juris dispositionem: Unde cum Pontifex in præmemorato Decreto ædito anno 1693. expressè se declarat, quod non intendit cogere Episcopos ad executionem istorum Breviarum, sed illam remittit eorum arbitrio, gravata eorum conscientia, evidens est, quod prædicta clausula regulari debet à jure, & ex verbis legis, ut de clausula conscientiam vestram onerantes dixit Rot. coram Merlin. decis. 702. num. 48.

39 Licet igitur temporis interpolatio inter unum, & alterum ordinem Sacrum tribus diebus festis conferend. arbitrio Episcopi in Indultis relinquatur: hoc arbitrium prudentiale, & à jure regulatum esse debet: Cum autem jus præscribat integrum annum interstitiorum inter unum, & alterum ordinem Sacrum: Episcopus illud per arbitrium relaxando, tales ordines Indultariis regulariter conferre non deberet, nisi interpolatione, seu interstitio intercedente saltem trium vel quatuor mensium inter unum, & alium ordinem, exemplo Eminentiss. D. Card. de Carpineo Vicarii Urbis, qui præscribere solet interstitium trium vel quatuor mensium ab Accolitu ad Subdiaconatum, & ab isto ad Sacerdotium quinque, vel sex mensium, & quidem rectè, & sapienter, quia si Episcopus indulgentior esset, & prodigus habenas laxaret arbitrio, puta si infra spatium unius mensis promoveret ad omnes Sacros Ordines, ageret judicio, & arbitrio irregulari, & conscientiam, quam Papa in hoc gravatam voluit, gravaret, quia nimirum recederet in re gravi à juris dispositione, à qua regulatur arbitrium, ut loquendo de arbitrio, quod habet

Episcopus à Concilio remittendi denunciations matrimonii, si illas dispensaret, & remitteret sine justa causa, tradit Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 8. num. 1.

40 Quapropter, nisi aliqua justa, & rationabilis causa, quæ ipsum impellat aliquando arbitrium relaxandi concurrat à stylo Eminentiss. Card. Vicarii de Urbe, Episcopus non recedat, vel saltem proximè accedat, & Decretum moderatorum Indultorum hujusmodi, quod retuli tom. 1. Appendic. pag. 340. sæpè legat, ut inde quantum sibi tribuatur arbitrii dignoscat, & quid in cæteris Indultariis ibi non compræhensis probè servandum sit.

41 Ulterius scire debent, quod PP. Congregat. Oratorii Urbis, & Neapolis, habent indultum, quo promoveri facere possunt ad quoscumque Ordines suos Alumnos à locorum Ordinariis in quorum Diocesi habent Domicilium absque litteris Dimissoriis Episcoporum originis; sic enim declaratum fuisse reperio à S. Congr. Concilii anno 1604. lib. 55. dec. pag. 575. Cui non videtur derogatum per Constitutionem Innoc. XII. Speculatores, emanatam anno 1694. quia les generalis nunquam censetur comprehendere casum privilegiatum, & specialem per text. in c. cum ordinem, &c. Abatem 40. ubi glos. verb. per litteras de rescript. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 9. §. 2. num. 6. Rot. coram Peutingen. dec. 354. num. 10. cum aliis ibi allegatis. Hoc tamen Indulto PP. Oratorii in Urbe non utuntur.

42 Et quod supplicante olim Nuncio Apostolico Taurinen. pro resolutione Dubii. An ipsi Nuncio competeret facultas absque licentia Episcopi Diocesani, Ordines in propria Cappella conferendi habentibus litteras Dimissoriales à propriis Episcopis cum clausula, quod possit à quocumque Antiste ordinari: Sac. Cong. Concilii sub die 23. Augusti 1653. respondit, posse, lib. 19. Dec. pag. 271.

43 Et quod si aliquis dimissus, qui petit ordinari, non doceret fuisse confirmatum, poterit admitti, si juret Sacramentum confirmationis recepisse, quia nulla ratio est allegabilis, quare velit deci-

decipere, cum potest petere confirmari, ut respondit S. Congr. Episc. in Anconitana pro Octaviano Scalamenti 18. Aprilis 1698. & alias dixi annot. ad form. 1. tit. 3. nu. 6. tom. 1.

[Edicti receptiones Virginum ad  
Habitum Religionis.

FORMULA V.

SUMMARIUM.

- 1 Puella ad habitum Religionis recipienda, debent prius experiri.
- 2 Puella, quæ habent corporis deformitates, non debent recipi in Religionem, dummodo institutum non adsit in contrarium.  
Defectus morales Puellæ recipiendæ, impedimento esse debent, ne recipiantur. ibi.
- 3 Referuntur Decreta generalia, quibus præscribitur forma gubernii, & receptionis Monialium.  
Dos Monialium intra numerum potest expendi pro necessitatibus Monasterii, ibi circa fin.
- 4 Puella professura violentia dupliciter inferri potest, & quomodo inferatur innuitur.
- 5 Respectus humani, quibus Puellæ impelluntur ad statum Religiosum amplectendum, debent purgari exercitatione spiritualium.
- 6 Status Religionis, est status perfectionis acquirendæ, & est holocaustum maximum.  
An qui proficitur in Religione consequatur indulgentiam, & remissionem peccatorum ibi.  
Et an eadem gratiam, quam consequuntur baptizati? ibi.  
Proficientes si non intelligunt observare ea, quæ in votis promittunt, peccant mortaliter. ibi.
- 7 Monialis, quæ vult vivere secundum corruptelas, & abusus Monasterii, est in periculo damnationis.
- 8 Receptio ad habitum, & religionem, pertinet ad Capitulum Monialium.

- Episcopus potest Monialibus prohibere, ne recipiant inhabiles.  
Moniales non debent recipere ad Religionem Puellas ineptas.
- 9 Conversæ sunt de numero Monialium, & antequam recipiantur ad habitum, debent intra clausuram experiri.
  - 10 Conversæ numerariæ si aptæ sunt, & dotem non habent, possunt admitti, & recipi etiam sine Dote, licet in praxi non servetur.
  - 11 Episcopus potest prohibere censuris, & juris remediis, etiam in Monasteriis Regularibus subjectis, ne recipiantur ad habitum nec ad professionem Puellæ, nisi prius ipse fuerit certioratus.
  - 12 Episcopus potest prohibere receptionem Puellarum ad habitum, & ad professionem sub pœna nullitatis.  
Episcopus explorationem voluntatis Puellarum in Monasteriis exemptis recipiendarum, non debet ultra 15. dies differre. ibi.  
Defectus explorationis voluntatis non annullat professionem, ibi.
  - 13 Professio Puellæ emissa in articulo mortis ante annum expletum probationis, jurat quoad acquisitionem indulgentiarum ipsi profuenti, non autem Monasterio pro acquisitione honorum.
  - 14 Professio emissa à Puella, pœnica, seu hecetica post annum probationis, non prodest Monasterio quoad acquisitionem honorum.
  - 15 Puellæ possunt recepti ad habitum sine experimento, quando Episcopo, & Monialibus nota sunt.
  - 16 Moniales de uno ad aliud Monasterium transferri non possunt inconsulta Sede Apostolica.
  - 17 Monialis, quæ vult transferri debet examinari, & recognosci, an bono spiritu dicatur.  
Monialis translata, an secum transferat Dotem, & alia bona acquiritæ aliunde, referuntur DD. sententiæ, nec non plures Sac. Congreg. Episc. resolutiones num. 18. 19. 20. 21. 22. 23.

**S**I come Dio chiama al suo servizio i Religiosi, e le Religiose affinché non solamente si salvino, ma ancora acciocche profittino nella Religione, e non permettano, che la buona osservanza vi si corrompa, o vada in declinazione: così quand' egli le giudicherà, non farà ad esse render conto unicamente dell'Anime proprie, ma anche dell'altre della loro Religione. Onde per questo rispetto devono attendere con fervore a conservar la detta osservanza, e farla terminare in Santità, & a non esser facili a ricevere in essa le persone, delle quali non habbiano piena notizia.

Ordiniamo per tanto all' Abbadesse, Priore, Discrete, e Maestre di Novizie de i Monasteri di Monache di questa Città, e Diocesi, di non ammettere all' Habito di Novizie della Religione quelle Vergini, che bramano d'esserri ricevute, se prima per .... avanti non saranno state sperimentate dentro del Monastero, e provate con esercizi di pietà, se siano ben inclinate alle virtù Christiane, & al Religioso istituto, e non si farà da i portamenti conosciuto essere la loro vocazione libera, e prodotta da Divino impulso.

E se in una tal prova si conosceranno non idonee per la Religione, o perche non siano per difetti naturali o morali atte per questo stato: o perche siano mosse ad abbracciarlo da violenza, o da altro rispetto humano: non si proponano al Capitolo delle Monache ad essere ammesse per Novizie; ma si rimandino colle dovute convenienze alle loro Case: ancorche per causa della loro esclusione, vi fosse la perdita de beni, & acquisti temporali: già che Dio non ha poste le Religioni nella sua Chiesa per fini sì bassi; ma perche quelli, e quelle, che sono ad esse chiamate coll'oblazione che fanno di se stesse a Dio, e coll' esercizio delle Christiane virtù, si santificano, promettendo di non abandonar mai quelli che lo servono, e in lui confidano, e sperano: E si è dichiarato il Figliuol di Dio humanato, ch' ogni pianta, che non sarà piantata dal suo Celeste Padre (cioè che non haverà la buona vocazione) sarà sradicata, e non potrà dar frutto: Et il Profeta dice, che se il Signore non si trova con noi edificando la Casa, in vano ci affatichiamo per alzarla.

Siano per ciò le Communità Religiose circospette: poiche accettando persone, che non son chiamate da Dio, o non sono atte per i loro naturali difetti o sono incapaci per i morali: commettono due gravissimi mali, de quali hanno a render gran conto al Tribunale del Giudice onnipotente: L'uno, che mettono tali Anime in evidente pericolo di perdersi in eterno, obligandole ad una vita, & ad una Regola, per la quale non hanno nè vocazione, nè attitudine: l'altro è, che introducono con esse nella Religione la corruzione nell'osservanza Regolare, e la fanno perdere e mancare, dandole altrettante ferite, quante son quelle Anime che ricevono, non buone per essa.

Proibiamo dunque espressamente alle Superiori de Monasteri a noi soggetti di proporre al Capitolo delle Monache, & a queste rispettivamente, d'accettare, ed ammettere all' Habito di Novizie, e molto meno alla professione le Vergini, o altre Donne, che volessero abbracciare lo stato Religioso ( ancorche dovessero esser Converse ) se prima non si farà fatto d'esse il detto esperimento: & alle Superiori, e Superiori, e Monache de Monasteri soggetti a Regolari, o in altra maniera esenti, di ammetterle, & accettarle come sopra se prima non sarà stata da noi esplorata la loro volontà, & ottenuta la nostra

licenza in iscritto, sotto pena, in caso fossero ricevute senza l'espressa nostra licenza in qualsivoglia Monastero, anco esente, della nullità, dell'ammisione da incorrerfi ipso facto, & ipso jure, senz'altra dichiarazione ( *fuorche in articolo di Morte.* ) Riservando a noi la facoltà ne i Monisteri sottoposti alla nostra giurisdizione, di poter dispensare *in qualche caso particolare* all' esperimento accennato.

Se poi vi fosse qualche Religiosa, che mossa da fervore di Spirito, volesse trasferirsi a qualche altro Monastero di più stretta Regola, ed osservanza; sappiano i Superiori Regolari, ed altri Ordinarii de Monisterj esenti, che non possono permettere la translazione, nè ricovimento di Monache d'altri Monasteri per qualsivisa causa o motivo, se non ne i casi permessi dalla Bolla del B. Pio V. senza licenza della Sede Apostolica. Et il presente Editto affisso &c. habbia vigore &c. Dato &c.

N. Vescovo N.

N. Cancelliere.

ADNOTATIONES.

**1. NON SARANNO STATE SPERIMENTATE.** Boni, & zelantes Episcopi, antequam Virgines habitum Religionis postulantes admittant, illarum vocationem, & idoneitatem ( ad statum hunc necessarias ) per aliquod congruum temporis spatium, intra septa Monasterii sub oculis Monialium experiri solent: Et quia praxis est optima, ideo hic in formula insinuativè proponitur, quæ si ab omnibus Præsulibus observaretur, maximum inde bonum Communitatibus Religiosis, & Animabus profitentium proveniret. At advertite quod Editum non loquitur, nec ego, de exercitiis Spiritualibus per decem dies ante susceptionem habitus peragendis ad formam ordinationis Innocent. XI. quia hæc sunt postquam Capitulum Monialium postulante[m] accepit, & Episcopus exploravit voluntatem: sed loquor de experimento faciendo circa ea, quæ ibidem in Edicto indicantur, & quæ vocationis tangunt radicem, antequam Capitulo proponatur.

**2. PER DEFECTU NATURALI, O MORALI.** Defectus naturales, prout sunt infirmitates habituales, & aliæ corporis deformitates, dummodo sint notabiles, & scandalum producere possint, reddunt Virgines incapaces status religiosi ad text. in cap. 1. de stat. regul. in 6. & Parentes, aliivè Consanguinei, qui procurant, ut hujusmodi personæ in Religionem recipian-

tur, graviter peccant: *Maledictus dolosus* ( inquit Propheta ), *qui habet in Grege suo masculum, & votum faciens immolat debilem Domino Malac. 1.* nisi Monasterium ex Instituto hujusmodi Mulieres recipere soleat, ut sunt Monasteria Ord. Visitationis B.M.V. à S. Francisco Salesio instituta: Morales autem defectus videlicet: inverecondia, petulantia, gula, pigritia, ebetudo, & similes, qui non solum proprium profectum spirituale[m] præpediunt, sed & aliis Virginibus nocere possunt, impedimento esse debent, nè tales Puellæ, aliæve Mulieres, quæ iis sædantur, recipiantur inter Sanctimoniales ex notatis à Tamb. de jur. Abbatiss. diput. 4. q. 3. n. 1.

**3.** Præter diligentias adhibendas circa defectus corporis, & animi, debent quoque animadverti, an in recipiendis, concurrant alia requisita præscripta à Decretis generalibus Sac. Cong. Episc. & Regular. emanatis anno 1605. in quibus, hæc habentur.

**I.** Abbatissæ, aut Priorissæ expleto Officiorum suorum triennio non eligantur demò ad eadem officia, absque Sedis Apostolicæ, aut Sac. Cong. licentia.

**II.** Ad consecrationem non admittantur Moniales, nisi 25. ætatis anno completo; iis autem Monialibus, quæ sunt Ordinis Mendicantium, cum consecrari non consueverint, hujusmodi consecratio non concedatur.

**III.** Non possint ultra duas Sorores in eadem

dem Monasterio habitum Regularem suscipere, ac professionem emittere absque Sac. Congreg. licentia, & si hac licentia obienta, tertia Soror ad habitum admittatur, voce activa, & passiva tamdiu careat, quousque altera ex eisdem duabus Sororibus vitam cum morte commutaverit, dotemque duplicatam solvat, quantum intra, triplicatam vero si supra numerum existat, tali que casu adimpleantur conditiones in licentiis impressis pro Monialibus supra numerariis concedi solitis contentæ. Ubi autem laudabilis consuetudo inolevit, vel Pontificia Constitutione cautum, quod nec duæ Sorores in eodem Monasterio habitum suscipiant, prout Florentiæ, & alibi, ita servetur. Educationis autem causa permittantur in eodem Monasterio plusquam duæ Sorores.

- IV. Mortua aliqua Moniali intra numerum præfixum, ad reliquas Moniales spectat Capitulariter, votisque secretis eam Puellam, quæ eis visa fuerit, ad locum huiusmodi intra numerum vacantem admittere, prævia tamen Episcopi exploratione, juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini.
- V. Itidem observetur de admissione Conversarum intra numerum. Suprà autem numerum nec Moniales velatæ, nec Conversæ recipiantur, nisi obienta Sac. Congregat. licentia, & quoad velatæ supranumerarias, serventur conditiones in licentiis impressis contentæ.
- VI. Circa Conversas supranumerarias, quod Puella in hunc finem electa sit Virgo, prædita qualitatibus necessariis, capitulariter, votisque secretis Monialium admittatur, solvat Dotem duplicatam, à Conversis persolvi solitam, ac tempore debito professionem emittat.
- VII. Moniales velatæ, tam intra, quam

supra numerum absque dotali elemosyna nequaquam admittantur: huiusmodi autem elemosynæ dotalis, si sint Monialium, vel Conversarum intra numerum existentium: emissa ab eis professione, expendi possunt in usus communes necessarios Monasterii: Supranumerariarum autem dotes post earundem professionem, omnino in Emptionem bonorum stabilium Monasterii commodo convertantur, &c. Hæc autem Decreta adamussim servanda sunt in quibuslibet Monasteriis: exceptis tamen quoad Dotes illis in quibus ex lege fundationis pro Monialibus numerariis Dos exigi non solet; ex eo quia Fundator redditus sufficientes assignavit, ut est in Urbe Monasterium B. M. V. Purificationis in Monte Exquilino, nec non Monasteriis Capuccinarum, quæ vivunt ex mendicitate, ut pariter servatur in Urbe, & exceptis etiam Monasteriis, quibus à Fundatoribus, vel aliis assignata fuerunt bona sufficientia ad congruam sustentationem duarum, vel trium Puellarum, forsàn à certis familiis eligendarum. Et quod Dotes Monialium intra numerum in usus communes necessarios Monasterii ex sola licentia Superioris Monasterii expendi possint, tenent quoque Nicol. in flosc. verb. Dos nu. 26. Gavant. in Manual. Episcop. ver. Monialium alimenta nu. 13. Tambur. de jur. Abbatiss. disp. 5. quæst. 7. nu. 6.

4 DAVIOLENZA, ODA AL-  
TRO RISPETTO HUMANO.  
Violentia dupliciter potest inferri, vel verberibus, perhorrescentia Paternæ maledictionis, alimentorum subtractione, bonorum, seu libertatis amissione, armorum evaginatione, & terrore, vel per importunas preces, minas, deceptiones, vel seductionem; Si de prima  
(quæ

(quæ inducit metum in constantem Mulierem) appareant vestigia, omnino à receptione est abstinendum: Si de secunda, superfedendum erit, donec Puella seducta, de obligationibus status Religiosi in loco libero certiorata deliberet.

5 Respectus autem humani, qui sæpè impellunt Virgines ad amplectendam vitam cælibem, puta defectus Dotis, qua possint viro æqualis conditionis nubere, venustatis, amoris Parentum, vel Fratrum, & hujusmodi: debent purgari experimento exercitationum Spiritualium, ut quæ carnalibus moventur affectibus, & contortam habent intentionem (quam dedecet Sponsas Christi habere) vel illam deliberatè rectificent, vel in Sæculo remaneant.

6 **SI SANTIFICINO.** Status Religionis est status perfectionis acquirendæ; quia Religiosus totam vitam suam obligat ad perfectionis studium, ut docet D. Thom. 2. 2. quæst. 184. art. 8. Profefioque est actus adeò meritorius, ut per hunc quis consequatur remissionem omnium peccatorum, sic probat Jo. Herolt. vulgò Discipulus Serm. 13. de tempor. littera D. dicens. *Utrum quis per ingressum Religionis consequatur plenariam remissionem omnium peccatorum? resp. secundum B. Tho. 2. 2. quæst. ultim. rationabiliter potest dici, quod sic, nam hoc est holocaustum maximum, quo quis se totaliter Divinis Officiis mancipat, per Religionis scilicet ingressum, quod excedit omne genus satisfactionis, ut habetur in Decreto 16. quæst. cap. admonere. Item sciendum, quod in Vitis Patrum legitur, quod eandem gratiam consequuntur ingredientes Religionem: & profitentes, quam consequuntur baptizati. Item sciendum secundum B. Thom. quod si per ingressum Religionis, quis non absolveretur ab omni reatu pœna, nihilominus ingressus Religionis utilis est, quam peregrinatio Terræ Sanctæ ad promotionem ad bonum, quod præponderat absolutioni à pœna. Et Henric. de Gan. dicit quod quando quis profitetur, tunc primo indulgentiam consequitur. Et post hæc subdit -- Et intelligitur si intendit observare, quæ in professione promittit, scilicet regulam, & ordi-*

*nem suum. Nam si non intendere servare ea, quæ promittit in professione sua, ipso facto sic promittendo peccaret mortaliter, & non esset filius Regni Cælestis, sed filius ignis Gehennæ, & tales quandoque pessimi erunt.*

7 Hæc finalia verba notabilia sunt adversus illas Moniales, quæ forsan non observantes Regulam, aliquando dicunt, se votum emisisse illam servandi juxta usum, & consuetudinem Monasterii; quasi licitum sit unum ore proferre, aliud corde promittere, & quasi abusus, & corruptelæ, quæ introducuntur in Monasteria, vim habeant evertendi vota, & promissa facta Deo. Caveant propterea si (quod abfit) inveniantur quæ ita male sentiant, & Authoris sententiam formident; quia Deus non irridetur; laborentque Confessarii ostendere, quod via, quæ Monialibus hujusmodi videtur recta, deducit ad interitum. Prover. 13.

8 **AL CAPITULO DELLE MONICHE.** Receptio ad habitum, & professionem pertinet ad Abbatissam, & Capitulum Monialium, ut patet ex Decreto Sac. Congreg. supra relato §. præter diligentias, & in hoc Episcopus non se ingerit, & licet in Edicti formula, prohibeat receptionem antequam fiat admittendum experimentum, per hoc non admittit libertatem Capituli, sed solum mandat recipi idoneas, quod rectè facere poterit, tum quia nec ipsæ Moniales, inemptas recipere possunt, sed illas debent excludere, Donat. de regul. tom. 4. tract. 9. quæst. 9.

9 **ANCORCHE DOVESSERO ESSER CONVERSE.** Conversæ intelliguntur comprehensæ in numero præfixo Monialium, ut respondit Sac. Congreg. Episcop. in Placentina 6. Novemb. 1595. quod Decretum referunt etiam Gavant. in Manual. Episcop. verb. monialium numerus num. 3. Donat. præx. verum regular. tom. 4. tract. 2. de Monast. Monial. quæst. 20. numer. 2. & est contra Tambour. de jure Abbatiss. disp. 5. quæst. 1. nu. 3. ubi tenet quod Conversæ non faciant numerum,

rum, at pro se nihil allegat. Hæc tamen antequam recipiantur ad habitum, admittuntur in Claufuram, ut ibi in habitu sæculari per duos, vel tres menses experiantur, ut olim rescripfit *Sac. Congreg. Episc. Episcopo Cremonensi sub die 10. Januarii 1596.* Hodie tamen ad cauthelam solet impetrari licentia, quam ead. Congregatio concessit *Episcopo Aefino* his verbis — *Sacr. Congregat. Ec. benignè indulfit, ut præfatæ Puellæ ad Habitum Conversarum admittendæ per tres menses tantum in Monasteriis in habitu seculari ad effectum ipsarum habilitatem explorandi, retineri possint Ec. 15. Febr. 1675.* & si transacto hoc tempore non admitterentur ad habitum, non possent alio prætextu in Claufura retineri; sed ad proprias Domos remitti debent, ut ipsa *Congregat. rescripfit Episcopo Novariensi 3. Januarii 1594.*

10 Quando autem experiuntur mulrum aptæ, & recipiuntur intra numerum præfixum, si Dotem non habent, possent recipi, & admitti ad professionem etiam sine Dote, dummodò Constitutiones Monasterii non obstant: quia ut ead. Congregatio respondit *Episcopo Ferrariensi sub die 20. Martii 1596.* in admittendis Conversis non habetur respectus ad dotem, sed ad necessitatem Monasterii; ideoque in Decreto generali superius relato in §. *Præter diligentias* prohibentur expresse recipi sine dote Moniales Chorales velatæ, non autem Conversæ numerariæ, hocque admittunt, & approbant *Tambur. de jur. Abbatiss. disp. 5. quæst. 7. num. 1. Pelizzar. de Monial. cap. 3. sect. 2. quæst. 5. n. 46. Donat. prax. rer. regular. tom. 4. tract. 10. de dot. Monial. quæst. 2. n. 9.* Verum hodie ex praxi *Sacr. Congregationis Episcoporum. & Regular. Conversæ* etiam numerariæ solvunt dotem.

11 **SOGGETTI A I REGOLARI, O IN ALTRO MODO ESENTI.** Episcopus potest, imò debet prohibere censuris Ecclesiasticis, & aliis pœnis sibi bene visis Abbatibus, & cæteris Superioribus Regularibus, ne in Monasteriis ipsis subjectis recipiantur Puellæ ad habitum, & professionem nisi prius ipse fuerit certioratus, ut non semel de-

claravit *Sac. Congregat. Concilii, & præsertim anno 1627. sub die 13. Novembris* prout sequitur Dubio proposito respondendo. *Sac. Congreg. rejecta opinione Mirandæ, & sequacium respondit, spectare ad Episcopum, tam ante susceptionem habitus, quam ante professionis emissionem, explorare voluntatem Virginum Deo dedicandarum, etiam in Monasteriis Regularibus subjectis, & exemptis, debetque per eundem Episcopum demandari, tam Monialibus, quam Superioribus Regularibus, nè dent habitum, & multò minus patiantur professionem emittere, nisi prius eorum voluntas perspecta, & explorata sint ab eodem Episcopo, eisque notificata: contrafacientes verò idem Episcopus poterit coercere, non olum pœnis à Sac. Concil. Trident. statutis, & præscriptis, sed etiam Ecclesiasticis censuris, & aliis juris remediis, non obstantibus quibuscumque privilegiis; Quam declarationem iterum probavit, & extrahi mandavit in una *Derthonen. 16. Decemb. 1645. lib. 18. Decr. pag. 669.* cum aliis apud *Barbol. supra Concil. cap. 17. nu. 9. sess. 25. de regul.**

12 Hic autem in Edicto Episcopus non utitur contra transgressores exemptos Censuris, sed remedio juris: nam si Moniales exemptæ reciperent aliquam Puellam clandestinè incscio Episcopo, validè reciperent ad habitum, & professionem non obstante comminatione censurarum, scientes aliquando absolvendas fore: Et sic ad compescendam hominum malitiam, aptior videtur pœna nullitatis ipso facto incurrenda, quam vigore facultatis, & jurisdictionis in exemptos per d. *Decretum tributæ infligere potest, ut probat. Donat. prax. rer. regular. tom. 4. tract. 12. qu. 28.* Hanc tamen voluntatis Puellæ explorationem, non debet Episcopus, postquam fuit certioratus, differre; quia si illam tam ante susceptionem habitus, quam ante professionem emittendam explorare negligeret, infra 15. dies possent Superiores exempti ad receptionem, & admissionem procedere, juxtà *Pii V. Bullam, quam refert Barb. supra Conc. c. 17. nu. 4. sess. 25. de rog. & est in ordine Bullar. nov. la 41. §. 6. cum defectus istius explorationis per se professionem recipiendarum*

non

non annullet Barb. de off. & potest. Ep. alleg. 100. n. 9. quem sequuntur Tamb. de jur. Abbat. disp. 4. q. 8. n. 11. Donat. de Regul. tom. 4. tr. 9. q. 8. n. 8. Nicol. lucubr. can. l. 3. tit. 1. de vit. & honest. cler. n. 22. vers. si verò.

13 **FUGICHE IN ARTICOLO DI MORTE**. Imminente mortis periculo, videtur concedenda facultas recipiendi professionem morituræ, etiam absque licentia, & certificatione Episcopi, quando vel ob distantiam loci, vel gravem morbum tempus illam exquirendi non adest, si enim hoc contingeret anno probationis jam expleto, Monasterium Dotem acquireret, secus si nondum elapso, ut declaravit Sac. Congregat. Concilii in Carpendoraten. 14. Junii 1641. lib. 17. Decr. pag. 55. cum aliis quos citavi tom. 1. tit. 11. annot. ad form. 7. num. 13. & 14. Quid sit de acquisitione indulgentiarum, quas consequuntur Puellæ in emissionem professionis, sequuntur in Religione, quæ habeat privilegium illas admittendi in articulo mortis, etiam anno probationis non expleto: nam hoc conceditur propter solatium, & consolationem Spiritualem Novitiarum, ne careant beneficio indulgentiarum, non autem ad alium effectum: adeo ut si Novitia convalesceret, iterum completo anno probationis teneretur profiteri Donat. prax. rer. regular. tom. 4. tract. 11. q. 14. per tot. & sic non prodest Monasterio ad acquirendum bona, Donat. ibid. & quest. seqq. & in puncto novissimè respondit S. Congr. Concilii in Neapolitana 14. Martii 1705.

14 Imò Ricc. prax. rer. quotid. for. Eccles. part. 2. resolut. 493. secundum Venet. impres. 1674. n. 6. tenet, quod professio emissa etiam post annum probationis à Puella phisica, seu hæctica, non prodest Monasterio quoad acquisitionem bonorum, & assumptum probat sequentibus rationibus. Primo quia professio fieri non poterat simpliciter, & juxta solitum, sed causa devotionis tantum, obstat enim Concil. Tridentin. cap. 17. sess. 25. de regul. mandans, quod cognita prius voluntate Virginis, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat, & si libera ei esset voluntas proficiendi, & habuerit conditiones requisitas, juxta illius Monasterii, & Ordinis re-

gulam; nec non, & Monasterium fuerit idoneum, libere ei liceat profiteri: debite conditiones non erant in ista Puella, quia hæctica, phisica, & moribunda, propter quod non poterat Deo, & Monasterio inservire, ut professio mandabat, ergo simpliciter profiteri non poterat, imò ex Monasterio debebat ejici, ut per idem Concil. Trident. cap. 16. his verbis mandatur, scilicet fuito tempore Novitiatus, Superiores, Novitias quas habiles invenerint ad professionem admittant, aut è Monasterio ejiciant. Non debetur Secundo Dos, quia Monasterium pro ingressu Monialium nil capere potest, nisi à sponte dantibus, & certa quantitas alimentorum causa, quæ dotalis elemosina dicitur, alias esset simonia ex text. ad litem in cap. non statis de simon. cum gloss. & DD. omnibus; hic cessat alimentorum causa, quia instabat mors, ergo non debetur Dos. Tertiò non debetur Dos, nam sicut illa datur in matrimonio carnali pro oneribus matrimonii leg. pro oneribus Cod. de donat. ant. nup. adeo ut si maritus onera Matrimonii non sustinet, ullo modo debet habere dotem, ita nec Monasterium ex hac professione potest habere dotem, quia imminet mors, cum qua fuerunt omnia soluta, validum est enim arguere à matrimonio carnali ad Spirituale cap. inter corporalia de translat. Episcop. Quarto non potest etiam prætere dotem, quia Dos debet pati apto, & congruo tempore, dixit Neapod. Ec. nec dicitur nupta, quæ virum pati non potest idem Neapod. Ec. punctualiter igitur ad casum nostrum, nam ibi dicit text. quid legatum factum pro tempore nuptiarum, non debetur si Nuptiæ fierent ante 12. annos assignans rationem prædictam, quod non dicitur nupta, quæ virum pati non potest, ergo non dicitur professa ista Puella, quia onera professionis pati non poterat, & per consequens neque debetur Dos. Quinto, & demum non debetur dos, quia professio fuit emissa in articulo mortis, quo tempore emissa pro nihilo reputantur leg. filia mea emancipate, & egræ ff. solut. matr. Ec. Hæc Ricc. doctrina notanda videtur, quia casus contingibilis est.

15. **IN QUALCHE CASO PARTICOLARE**. Id est, quando Puella recipienda jam probata fuisset inter Edu-

can-

candas Monasterii, vel in aliquo religio-  
so Conservatorio vel in Domo Paterna  
piè educata laudabiliter vixisset, ejusque  
vita, tam Monialibus, quam Episcopo  
nota esset vel demum aliquis daretur cas-  
sus, in quo judicio Episcopi, tale expe-  
timentum non exigeret.

#### 16. VOLESSE TRASFERIRSI.

Translatio Monialium de loco ad locum,  
& de Monasterio in Monasterium hodie  
fieri non potest ab Ordinariis, nisi consul-  
ta Sede Apostolica juxta Decretum Pau-  
li V. editum anno 1617. quod refert Do-  
nat. *prax. rer. regul. tom. 1. par. 2. tract. 5.*  
*quest. 28. num. 8.* præter alia apud Barbo-  
colle. *decis. Apostol. verb. Monialium trans-*  
*latio*, Tamb. *de jur. Abbatiss. disput. 21.*  
*quest. 10. num. 6. & 7.* Et pro Regnis His-  
paniarum, reperitur in Regesto littera-  
rum Sac. Congr. Episcop. sub die 15. Ja-  
nuarii 1616. fol. 9. sequens Decretum Al-  
Nunzio di Spagna, SS. D. N. ejus in His-  
paniarum Regnis Nuncio litteras dari man-  
davit, ut omnes Archiepiscopos, Episco-  
pos, aliosve Ordinarios inferiores, tam  
seculares, quam Regulares Monialium  
Monasteria in eisdem Regnis habentes certio-  
ret, nè absque Sedis Apostolicæ auctoritate  
Monialibus è Monasteriis septibus egrediendi  
licentias ullatenus concedant, minusque  
easdem de uno ad alium Monasterium (tri-  
bus casibus in Bulla S. M. Pii V. nominatim  
expressis exceptis) transferant. De jure  
enim per text. in cap. Virgines 20. *quest. 4.*  
quæ melioris, & arctioris vitæ fervore  
movebantur de uno ad alium Monaste-  
rium transferri permittebantur.

17. Si igitur aliqua Monialis studio  
perfectioris vitæ desideret ad aliud Mo-  
nasterium reformatum, vel strictioris ob-  
servantiæ transferri, debet prius exami-  
nari, & à Superioribus (Peritorum con-  
silio adhibito) recognosci an bono spiritu  
ducatur, vel potius animi levitate, aut  
perturbatione, & an digna sit exaudiri,  
tam à Superioribus, quam à Sede Apo-  
stolica Tamburin. *de jur. Abbatiss. disp. 2.*  
*quest. 2. num. 8.* Donat. *prax. rer. regul. tom. 2.*  
*par. 2. tract. 5. quest. 111. n. 2.* Obtenta au-  
tem licentia, an secum transferat Dotem  
datam primo Monasterio, & alia bona  
quocunque modo quæsitæ ad secundum

Monacelli Form. Pars II.

Monasterium bonorum capax: quæstio  
est non levis, quam obiret tetigit in *tit. 11.*  
*tom. 1. annot. ad form. 7. num. 12.* Card. de  
Luc. *de regular. disc. 39. num. 17.* quem ibi  
allegavi, cribratis DD. sententiis inter se  
pugnantibus, hæc habet --- *Quarta est*  
*simpliciter, ac indefinitè tenentium par-*  
*tes Secundi Monasterii, ut ad illud cum*  
*persona transeant bona: istaque opinio in*  
*sensu Canonistarum (quibus quoad ea, quæ*  
*ad forum judicium pertinent ex pluribus*  
*insinuatis magis deferendum est, quam mo-*  
*valibus) probabilior, magisque recepta vi-*  
*detur &c. ex duplici ratione, primò nempe,*  
*quod bona dicuntur accessoria, & consequi-*  
*tiva personæ, adeò illorum acquisitio, di-*  
*catur mere occasionalis, vel causativa, cum*  
*præsupposito durationis causæ pro toto tem-*  
*pore vitæ Religiosæ & Secundò quia hujus-*  
*modi donationes, & renunciaciones tacitam,*  
*seu implicitam habent conditionem, quate-*  
*nus donator perseveret &c. idè quæ cum tran-*  
*situs legitimus, omninò extinguit primæ-*  
*æum statum fingendo quod in prima profes-*  
*sus non fuerit, sed ex integro in secunda cu-*  
*jus statum, & fortunam sequitur. Hinc*  
*proinde quemadmodum si professio sequuta*  
*non esset, vel ea invalida detecta resolu-*  
*tur acquisitio, ita ubi ejusdem professionis*  
*sequatur dissolutio per eum, qui ad id po-*  
*testatem habet tanquam per speciem resolu-*  
*tionis acquisitionis dotis, vel donationis pro-*  
*pter nuptias inter conjuges ubi de eorum*  
*consensu, seu alias ex justa causa cum au-*  
*cloritate Superioris, sequatur verum, ac*  
*omnimodum divortium vinculi matrimonia-*  
*lis dissolutum &c.*

18. Si enim Dos Monialium datur, &  
recipitur pro victu, & sustentatione  
personæ, nec alio titulo dari possit, ut  
docent Ricc. supra allegat. in §. Imò, &  
Gallemart. supra Concil. Trid. sess. 25. de  
reg. c. 3. post nu. 4. his verbis -- De Dotibus  
autem nihil certi cum eis statutum est sed  
prout qualitas personarum, & temporum po-  
stulabit est faciendum, nec quod datur Mo-  
niali Monasterium ingrediente, dotis nomi-  
ne proprie vocari debet, sed dicendum est  
quod id tribuatur pro alimentis, ac necessa-  
ria sustentatione personæ, quæ Monaste-  
rium ingressa est, & fatetur Tambur. *de jur.*  
*Abbatiss. disp. 5. quest. 3. n. 3.* Donat. *tom. 4.*  
*tract.*

tract. 10. quest. 8. (& est communis assertio) dici oportet, quod cessante per legitimam translationem Monialis onere alimentorum, non possit primum Monasterium Dotem pro alimentis datam retinere, nec bona contemplatione personæ quæsitæ; sed quod transeant tanquam accessoria cum persona Monialis.

19. Tamburin. verò de jur. Abbatif. disp. 2. quest. 7. per tot. Donat. prax. rer. regul. tom. 2. part. 2. tract. 5. quest. 57. & quest.

58. Pignatell. consultat. 432. pariter per tot. tom. 1. & consultat. 73. num. 21. tom. 9. mordicus contrariam sententiam tumentur, & firmant pluribus adductis rationibus, quod Dos unà cum aliis bonis quæsitis post professionem, & durante permanentia, nisi Monialis transferatur coactè ad peregrandam pœnitentiam acquirantur irrevocabiliter primo Monasterio.

20. Tertia opinio distinguit bona acquisita post professionem ministerio legis, ab acquisitis factò hominis, putà per donationem, vel per Testamentum, & quod si agatur de primis non transferantur, sed censeantur acquisita primo Monasterio irrevocabiliter: si verò sit sermo de secundis, quod sic: quia cum hæc fuerint donata primo Monasterio intuitu traditionis, & ingressus propriæ personæ, & professionis; si per egressum legitimum resolvatur, etiam donatio, & testamentum resolvuntur, & bona tanquam accessoria personæ transeant in secundum Monasterium, ex eo quia à principio de egressu cogitare non potuit, & si cogitasset non donasset, & sic quod magis animus, quàm effectus attendi debeat. Hanc opinionem quam veritati consonam dicit, sequitur Lauret. de Franc. controv. part. 1. num. 26. & quest. 18. num. 7. & seqq. ibique Pasqualig. & cum eo tenent Pelliccion. quest. illustr. 21. c. 10. Capon. discept. 278. tom. 4. per tot.

21. At in hac opinionum varietate, ut justum iudicium feratur multum interest videre quænam sit transitus causa, quia ex facti circumstantiis, & aliis prudentialibus motivis, quibus Sac. Congr. movetur ad concedendam licentiam transitus, regulanda erit bonorum translato, sicuti benè deducitur ex sequentibus exemplis.

In Mannaten. 16. Januarii 1615. Quædam Monialis Francisca Carretta transitum petens ad laxiorem ob infirmitates quas patiebatur in primo Monasterio, licentiam obtinuit cum clausula -- *Dummodo Capitulariter votisque secretis Monialium secundi Monasterii accederet assensus, & dotem à cæteris Monialibus præstari solitam ipsa persolveret, & ad primum Monasterium spes redeundi eidem penitus sublata esset.*

In Januen. 15. Julii 1678. Monialis Francisca Farfetti ex Monasterio S. Claræ Albari motivo strictiori observantiæ regularis obtinuit transferri ad aliud Monasterium Patavii cum clausula -- *accidente consensu Episcopi, & Monialium Secundi Monasterii, cui solvi deberet nova Dos, relicto tantum usufructu primæ Dotis Monasterio à quos ejus vita durante, proprietate sibi remanente.*

In Pistorien. 29. Novembris 1686. Ob imminentem ruinam fabricæ Monasterii Ripaltæ, cum Moniales omnes translata fuissent ad Monasterium S. Mariæ Gratiarum: Soror Francisca Nerozia inter easdem professæ, petiit, & obtinuit (motivo majoris observantiæ vitæ regularis) Indultum se transferendi ad Monasterium S. Georgii, & sibi indulgeri postulans translationem vasorum argenteorum, quos suis livellis, & industria acquisiverat, & sub sua custodia retinuerat sese opponentibus Monialibus primi Monasterii, & argenta ipsis deberi, & acquisita fuisse prætendentibus, Sac. Congreg. sub dicta die respondit -- *Spetare ad Monasterium ad quod auctoritate Apostolica, translata est Monialis Nerozia, ita tamen ut argenta afferrentur in Sacrario, non autem penes ipsam Monialem.*

In Hispalen. Sor. Maria Theresia de Turre, desiderio profectus Spiritualis, & arctioris vitæ 23. Januarii 1699. petiit, & obtinuit à Monasterio S. Leonardi ad Monasterium Spiritus Sancti ejusdem regulæ transferri, cum clausula -- *accidente consensu ut utriusque Monasterii relicta dote Monasterio à quo, & soluta nova Dote ac translato usufructu petiarum 3. m. Monasterio ad quod (quem usufructum octo ab antea annis acquisiverat ex Patris*

tris legato ) In Ferrariorum 17. Februarii 1702. Soror Margarita Botticina, calumniosè accusata de propinatione veneni, obtinuit licentiam à Monasterio Sancti Antonii ad Monasterium S. Gabrielis transferendi, cum clausula -- restituta eadem dote à Monasterio à quo, una cum fructibus à die exitus.

Ad effugiendum periculum belli, & attenta obsidione Gallorum Civitatis Valentiae in Infubria, anno 1696. Moniales d. Civitatis translatae fuerunt ad Monasterium S. Felicis Civitatis Papien. At cessante bello, remearunt ad proprium Monasterium, relicta dumtaxat Sor. Placida Victoria Salvoni; quæ cum ab habitualibus in infirmitatibus, quas patietur, ob aeris qualitatem plurimum se sublevatam sentiret: petiit, & obtinuit 13. Februarii 1699. à Sac. Congregatione indultum illuc remanendi cum clausula tamen -- dimissa Dote Monasterio à quo, & alia soluta Monasterio ad quod.

In Romana die 18. Maii 1705. pro Sororibus de Boncompagnis ex Ducibus Sororæ translatis à Monasterio S. Martæ de Urbe ad Monasterium S. Luciae in Silice ejusdem Ordinis, fuit concessa translatio cum clausula -- relicta Dote priori Monasterio, & soluta nova Dote secundo Monasterio.

22. Ex his inquam resolutionibus probe inferri posse videtur. Primò, quod elemosyna dotalis, quæ solvitur in ingressu, & professione tanquam irrevocabiliter primo Monasterio acquisita nunquam Moniali translatae restituatur, nisi Papa, vel Sac. Congreg. concedat, vel egressus à Monialibus occasionetur, ut in dict. Ferrariorum. & sic in Dote, & praxi vera sit secunda Sententia, quam sequitur etiam Tondut. quæst. benef. tom. 1. cap. 65. num. 7. & 18. Secundò, quod bona patrimonialia, donata, relicta, & Monasterio quæsitâ intuitu, & contemplatione personæ professæ transferantur unà cum Moniali, quoties transitus fiat motivo perfectioris vitæ, ut in dd. Pistoriorum. Januæ. & Hispalen. & hoc quia cum transicus ad arctiorem de jure denegari non debeat, cap. licet de regular. (cujus text. dispositio militat etiam in Moniali-

bus, ut cum aliis pluribus tenet Donat. prax. rer. regul. tom. 1. p. 2. tract. 5. quæst. 28. nu. 1.) sequitur, quod talia bona censeantur acquisita Monasterio revocabiliter, & sub tacita conditione, quatenus Monialis votum non commutet in melius, & in hoc casu vera sit prima, & tertia Sententia. Tertio, quod si Monialis transferatur non ex motivo profectus Spiritualis, sed ex causa, quæ sapiat delictum, & sic ex propria culpa: tunc sicuti Moniales, quæ causam dederunt egressui, restituere tenentur etiam Dotem, licet irrevocabiliter regulariter Monasterio acquiratur, ut in dict. Ferrariorum. ita, & ipsa translata, dum jure à primo Monasterio non recedit, sed occasione culpabili, bona donata, vel alio titulo primo Monasterio post professionem quæsitâ, eidem relinquere teneatur: tum quia contrariorum, & correlativorum eadem est ratio, & disciplina Gonzal. ad regul. 8. glos. 50. nu. 12. tum quia cum tunc translatio concedatur potius ob bonum Communitatis, quam solius translatae: ut æqualitas servetur, non debet hæc ex proprio defectu, & delicto lucrum reportare, l. ne ex dolo 13. ff. de dol. mal. & in hoc quoque casu habebit locum secunda sententia.

23. Cæterum sic Sac. Congreg. Indultum translationis Moniali concederet non ex motivo majoris devotionis, & perfectioris vitæ Spiritualis, neque ex causa ex parte illius, aut Monialium culpabili, sed ex aliqua alia æqua, & rationabili, etiam tunc censeo, quod vera sit opinio Card. de Luca, quod bona Patrimonialia per rationes ab eo deductas, quamquam fateat, quod ex facti circumstantiis, ut dixi plurimum pendeat arbitrium Sac. Congregationis moderandi juris dispositionem.

## Erectionis Confraternitatis Inservientium Altari.

## FORMULA VI

## SUMMARIUM.

- 1 Erectionis Confraternitatis laudatur.
- 2 Minister qui inservit Missæ, debet esse habilis.
- 3 Fructus Spirituales, qui ex auditio-  
ne Missæ, proveniunt, enumerantur.
- 4 Exerctium inserviendi Missis, Ange-  
licum, & ideo commendandum.
- 5 Confraternitates non possunt condere  
Statuta sine Episcopi approbatione.
- 6 Confraternitates aggregatæ Archicon-  
fraternitatibus Urbis, non possunt uti  
Statutis aggregantis, absque Epif-  
copi approbatione.  
Confraternitates aggregatæ Archicon-  
fraternitati Moris de Urbe, non  
possunt sepelire mortuos, quando Pa-  
rochus eos sepelire paratus est, ibi.  
Confraternitates aggregatæ subsunt  
Ordinario loci, ibi.
- 7 Collegium non erigitur, nisi auctori-  
tate Superioris, ibi.
- Collegium erigi potest, & constitui in  
tribus personis absque Prelato, ibi.  
Collegii jura legitimi erecti remanent in  
uno, ibi.  
Collegium in uno redactum, non est  
Collegium actu, sed habitu, ibi.  
Unus de Collegio in quo jura rema-  
nent, potest eligere Prelatum, ibi.
- 8 Episcopus sua auctoritate ordinaria  
non potest erigere Collegiatam.  
Collegiatæ Ecclesiæ erectio non conce-  
ditur, nisi concurrant requisita hæc  
numerata.
- 9 Mystéria fidei necessitate modis creden-  
da, quæ sint, ostenduntur.
- 10 Episcopi possunt cogere ludi magistrum  
etiam laicos, ut mittant Scholam  
ad addiscendam doctrinam Chri-  
stianam, imò ut & doceant.
- 11 Festivitates B. M. V. quæ ab Ecclesiâ  
universalî celebrantur sunt septem,  
& quo tempore cæperint celebrari  
ostenditur usque ad num. 19.
- 19 Confratres inserviunt Missis, cur  
deserre debeant Imaginem B. M. V.  
edocentur.  
B. M. V. prærogativæ enarrantur,  
ibi.
- 20 Statuta antiqua non sunt abolenda si-  
ne necessitate.

**I**N Nomine ejus, qui deglutiens mortem donavit nobis vitam Sempiter-  
nam. Ut è Domo Dei (cujus decorem diligimus) irreverentiæ, & inde-  
centia, quæ circa Altare in Sacrificio incruento Missæ, ob incapaci-  
tem pnerorum, ut plurimum immorigerorum, utilitatem, & ruditatem ho-  
minum infimæ plebis (qui vitio temporum tamquam Ministri permittun-  
tur inservire) irrepunt, pro posse arceantur: Sodalitatem nonnullorum  
piorum Civium Nobilium, aliorumvè honestorum proborumque virorum  
hujus Civitatis, qui Missis privatis, in Ecclesiis, & Oratoriis publicis, pie-  
tate, & Christiana devotione ducti (ut uberes Spirituales fructus inde percipiant)  
quotidie, & comptè inservire debeant, unire, & erigere statuimus:  
Idcirco cum adjuvante Deo, (qui nos confortat, & facit magna, & mirabi-  
lia solus) numerum sufficientem pro tam laudabili opere, & Infinito  
invenerimus, propositum nostrum in obsequium Christi Jesu nunc  
exequi volentes: præsentî nostro Decreto auctoritate Ordinaria Sodalita-  
tatem sive Societatem Confratrum sub titulo, & invocatione **INSERVIENTIUM ALTARI**, & sub protectione B. M. V. cum usu Sac-  
corum coloris... cum quibus indulti Missis privatis, ut supra inservire de-  
bebunt, motu proprio in hac Civitate N. in augmentum, & splendo-  
ra

rem cultus Divini, & Religionis sine præjudicio jurium Parochorum, perpetuò erigimus, & approbamus. Cum facultate *statuta à Nobis, & Successoribus nostris approbanda, condendi, sese congregandi, resolutiones capiendi, Officialis per Episcopum pro tempore confirmandos, eligendi.*

Præterea favoribus, & gratiis Institutum hujusmodi, verè pium, verè Christianum prosequi volentes, Indulgentiam quadraginta dierum in die ingressus, & admissionis in hanc Societatem, nec non in die Cœnæ Domini, in qua communicent, omnibus Confratribus concedimus, & elargimus; & pleniores à Sede Apostolica elargiri curabimus, Privilegia, & exemptiones; tam de jure, quàm de consuetudine *Collegiis, & Confraternitatibus Laicorum auctoritate Ordinaria Episcopi erectis* opera pia colentibus, & exercentibus concessa, & elargita, huic Sodalitati ejusque Confratribus concedimus, & indulgemus, & illis plenariè gaudere debere declaramus omni &c.

Ita erigimus Nos N. Episcopus N.

Die... anno... lectum, & publicatum fuit supradictum Decretum erectionis Sodalitatis Interventium Altari, præsentibus N. N. testibus.

N. Cancellarius.

## STATUTI

Da osservarsi dalla Compagnia de' Serventi dell' Altare eretta in questa Città sotto la Protezione di Maria Vergine l' Anno...

Considerando Noi che nelle Chiese di questa Città, vengono giornalmente servite le messe private, ò da fanciulli di poca età, ò che sono immodesti, ò da altre persone idiote, d'habito, e di costumi sordide, e vili, i quali, e le quali ò non apprendono per incapacità, ò per ignoranza ciò che fanno, e'l ministero ch' esercitano: E colle loro irreverenze, & immodestia, danno motivo a i Nemici della Chiesa Cattolica di deridere, e disprezzare il Sacrosanto, e tremendo Sacrificio dell' Altare, & a fedeli di scandalo: Per zelo del nostro Ufficio Pastorale, e per rimuovere per quanto è possibile un tal disordine, habbiamo eretta la Compagnia de fratelli Serventi dell' Altare sotto la protezione di M. V. i quali debbano avere per loro Istituto di servire gratis vestiti di Sacco le Messe private in tutte le Chiese di questa Città, ove ne sia il bisogno, & osservino i seguenti Statuti.

1. La Compagnia habbia trè officiali, cioè Priore, Segretario, e Custode, i quali si eleggeranno tutti trè ogni Anno il giorno della Presentazione di M. V. dalla Congregazione de fratelli con voti segreti, e dalla maggior parte, procurando d' eleggere persone esemplari, e devote.

Terminato l' Anno, potranno i detti Officiali esser di nuovo rifermati per un

Monacelli Form. Pars II.

I 3

altr'

altr' Anno se così parerà alla Congregazione, & alla maggior parte de' fratelli per voti segreti, e vi concorrà la conferma anche di Monsign. Vescovo pro tempore.

Il Priore havrà l'incombenza di fare intimare la Congregazione de' fratelli, che si tratterà ogn' ultimo giorno del mese, e così dodici vol te l' Anno. Egli riceverà, e proporrà i memoriali di quelli che vorranno essere ascritti alla Compagnia; siccome anche gli altri affari, e bisogni che accaderanno. Haverà sempre trà fratelli il primo luogo, & il primo a dare il voto, & havrà due voci. Egli invigilerà per l' Osservanza degli Statuti, e procurerà col suo buono esemplo, di promuovere l' Istituto anche ne luoghi della Diocesi, & a lui i Fratelli nelle cose concernenti l' Istituto, dovranno ubbidire.

Il Segretario riterrà due Libri in uno de quali registrerà i Nomi de' Fratelli, che saranno stati ammessi coll' espressione del tempo, e dell' età, E nell' altro registrerà gli Ordini, e provisioni del Vescovo pro tempore, ò suo Vicario Generale, e le resolutioni, e proposte della Congregazione de' Fratelli, e questi Libri ben ligati, e cartolati, finito l' Ufficio dovrà consegnare al Successore.

Il Custode riceverà, e terrà in deposito l' elemosine che si daranno de' Fratelli, ò da altri Devoti, tanto in denaro, quanto in altre robbe, & a quest' effetto, riterrà un Libro ben cartolato, in cui nella prima parte, fedelmente noterà l' elemosina ricevuta specificando il nome (quando la persona non voglia essere tenuta occulta) la qualità dell' elemosina, e la quantità, & il giorno in cui l' haverà ricevuta: E nell' altra parte del Libro noterà l' esito, e l' applicazione che sarà stata fatta col consenso della Congregazione de' fratelli, & in ogni Congregazione dovrà dar conto dell' introito, & esito delle medesime al Priore, & ai due Fratelli più anziani, & in fine dell' Anno riportare il saldo generale di tutto l' Anno, coll' approvazione di Monsignor Vescovo pro tempore.

2. La Compagnia non havrà Chiesa propria, nè Oratorio publico in cui si celebri la Messa: ma un oratorio, e luogo decente per radunarsi. Non possiederà Stabili di sorte alcuna, nè Censi, nè Legati, nè altre entrate certe. Non accetterà Legati di Messe, nè Eredità, nè donazioni, e non havrà obbligo d' andare alle Processioni, nè di fare altre funzioni publiche: ma con distacco da ogn' altra applicazione, ed interesse, attenderà unicamente al pio, e devoto esercizio a cui è stata chiamata. L' elemosine poiche si raccorano; e che spontaneamente verranno offerte, e lasciate da fedeli, e fratelli si impiegheranno intieramente in servizio delle Suppellettili Sagre, che servono al Santo Sacrificio della Messa col consenso della Congregazione de' fratelli, cioè, in Calici, e patene, Corporali, palle, puricatorii, sopracalici, borse, Pianete, Camici, amitti, tovaglie d' Altare, Crocefisso, e candellieri, berette da Prete, e Messali: accioche queste siano sempre decenti, e pulite, e non in altro: procurando di sovvenire, e provvedere le Sagrestie, e Chiese più povere, per ricevere dal Signore mercede centuplicata.

3. Non si ricevino nella Compagnia persone di nascita, ò professione vile, & abietta (non idonee ordinariamente per questo pio esercizio): ma Nobili, Civili, Onesti, e di buone qualità, e costumi, e non minori di quindici anni

anni. Non s'ammettano quelli che non hanno lingua spedita, ò che hanno altra deformità notevole corporale. Nè pur quelli che non sappiano recitare il Confiteor, i versetti del Salmo *Judica me Deus*, il *Suscipiat*, il *Kyrie eleison*, e le altre risposte, che devono saperfi, e dirsi intiere, e non siano instruiti nell'altre ceremonie, che devono farfi per ben servire di Ministro nel Sacrificio della Messa: sopra le quali cose, & i *Misteri principali della Dottrina Christiana*, dovrà ciascuno prima d'essere ricevuto fra fratelli essere esaminato da due d'essi, che il Priore a quest'effetto nominerà, e chiamerà Esaminatori, per riconoscere se sia idoneo per l'Instituto: accioche quello, ch'è fatto per rimuovere gli abusi, non sia fomento per nudrirli. Il quale esame però si potrà tralasciare quando la persona sarà notoriamente habile.

4. Nell'ingresso della Compagnia, ogni fratello sia provisto a proprie spese del sacco lungo che copra tutta la gamba, con maniche strette fino al polso, con cordone dello stesso colore, senza macchie, e rotture, del quale vestito con collare, ò almeno croatta bianca, e pulita, servirà le Messe in quelle Chiese, che a forte gli faranno toccate.
5. Nell'Oratorio della Congregazione dentro una cassa, ò armario, si ritengano due Urne con dentro in una i nomi di tutti i Fratelli, e nell'altra i Nomi, e Titoli delle Chiese della Città, e Borghi, e nelle Congregazioni che si dovranno tenere, come si è detto nel capitolo primo ogn'ultimo giorno del Mese, dopo l'invocazione dello Spirito Santo con l'Inno *Veni Creator Spiritus*, si estraranno dall'Urne a sorte dal Segretario i Nomi degli uni, e dell'altre; & ogn'uno andrà in tutti i giorni di quel Mese a servire le Messe nella Chiesa che a forte gli sarà toccata, ove in luogo sicuro, e decente riterrà il Sacco per haverlo pronto: E il Segretario riterrà notati i Fratelli, e le Chiese (alle quali servono) appesi in una Tabella nell'Oratorio per ogni Mese.
6. I Fratelli vestiti di Sacco dovranno sul petto alla mano sinistra portare l'Imagine della Presentazione di Maria Vergine, di carta pecora, o di tela, ò di carta. *E nelle Vigilie di tutte le Feste della stessa Vergine* loro Protettrice, digiuneranno, quando non siano infermi, e ne' giorni festivi si confesseranno, e comunicheranno, e faranno altr'opere buone per suo onore secondo la propria divotione. Il giorno poi del Giovedì Santo, i fratelli con il Priore converranno nella Chiesa Cattedrale, & ivi vestiti di Sacco assisteranno alla Messa solenne, in fine della quale collegialmente si comunicheranno, in memoria dell'Institutione del Divinissimo Sacramento dell'Altare a cui servono: E così faranno il giorno della Presentazione di Maria Vergine.
7. I fratelli, che non haveranno sacco polito, e che non serviranno nelle Chiese assegnate le Messe con divotione, e non honoreranno la Vergine nelle sue Feste con gl'atti sopra accennati, siano ammoniti fraternamente dal Priore, e non emendandosi, dopo la terza monizione, siano cassati dal rollo de' fratelli, non meritando questi il nome di Servente dell'Altare, nè di Divoti di Maria.
8. Prima di proporsi i negotii nelle Congregazioni, & adunanze de' fratelli avanti l'Imagine della Presentazione di Maria Vergine, che dovrà ritenersi nell'Oratorio, si reciti sempre il *Veni Creator Spiritus* inginocchiato, colla sua Antifona, & Orazione, che dovrà intonarsi dal Priore. Finita la

Congregazione si dirà l'Agimus, e l'Antifona della Madonna coll'Orazione, che dalla Chiesa si recita ne i primi Vespri della festa della Presentazione: le quali preci stampate, ò scritte, si riterranno appese in una tavoletta, nell'Oratorio.

9. Ogni fratello nel giorno della sua ammissione, vestito di sacco, & affittito da due fratelli più Anziani, inginocchiato avanti l'Imagine di Maria Vergine nell'Oratorio, farà la seguente protesta-- *Alla presenza di questi fratelli, mi presento, & offerisco alla Santissima Vergine Maria, e propongo di volere nel tempo di mia vita servir gratis di Ministro secondo l'Instituto di questa Compagnia a i Sacerdoti all'Altare nel Santo Sacrificio della Messa quotidiana, per la gloria di Dio, & in onore della Vergine, nelle Chiese che mi saranno assegnate, così Dio m'ajuti ad eseguirlo, e la nostra Protettrice Maria, Amen.*
10. Nella morte di ciaschedun fratello, le Messe che si serviranno, & udiranno per tre giorni seguenti, s'applichino da tutti gli altri sopravviventi in suffragio del defonto, procurando di farlo anche raccomandare da i Sacerdoti celebranti, e si facciano altri suffragii secondo quello, che verrà determinato dalla Congregazione.

Quali Satuti da noi dati, e colla nostra piena autorità ordinaria approvati, vogliamo che siano da Fratelli pro tempore della Compagnia osservati: riferbando a noi, & a nostri Successori la facoltà di accrescerli, diminuirli, variarli, & interpretarli; secondo che occorrerà per la maggior gloria di Dio, profitto Spirituale de' medesimi.

Dato.... questo dì.... l'Anno di nostra salute....

N. Vescovo di N.

N. Cancelliere Vescovale.

Catalogo de' Fratelli.

N.N.N.N.  
N.N.N.N.

#### ADNOTATIONES.

1. *PRO POSSE ARCEANTUR.* Quamvis tom. 1. tit. 5. annot. ad Form. 8. n. 16. Jam improbaverim abusum admittendis in Missis privatis ministros viles, rudes, & immorigeros: cum ibi remedium hanc corruptelam removendi non suggererim: hic offerre excogitavi, & formulam, & modum erectionis. Sodalitatis Inservientium Altari, unà cum Statutis dare studui. Si enim in Ecclesia ubique locorum inveniuntur erecte tot Sodalitates laicorum, quæ diversis pietatis, & charitatis Officiis incumbunt: cur difficile erit invenire tot fideles, qui huic operi tam laudabili, se ascribant? Et si obiiceretur, quod in illis ideo

adscriptio sit frequens, eo quia regulariter festis, & aliquibus tantum diebus hebdomadæ, Charitatis, vel pietatis Officia exercentur, & sic opera non sint tam gravia, sicut in ista Sodalitate, in qua injungitur quotidianum servitium missarum: facile objecto occurritur reflectendo, quod hæc Societas constitui, & componi debet (præsertim in Civitatibus) ex Nobilibus, aliisque piis, & devotis Viris, negociis, & servilibus operibus non detentis, neque occupatis, qui sicuti quotidie missæ Sacrificio intersunt, ita quotidie (facta inter eos distributione,) inservire non erubescant, scientes ministerium Angelicum esse: Et quatenus tot Viri pii inveniri non possent, ut quotidie missis inserviant saltem inveniantur, qui

qui hoc faciunt diebus festis, ut quantum possibile erit abusus, ubi in totum tolli non poterit, in parte diminuatur.

2. Et si iterum objicias, hoc Officium inferiendi Missis privatis hodie puerorum esse: respondeo, quod in re maxima Religionis non debemus pueriliter agere. Si enim non solum qui celebrat, sed etiam ille, qui ministrat personam publicam gerit totius Populi Catholici, ut docet D. Thom. in summ. par. 3. quæst. 83. art. 5. ad 12. quomodo erit dignus minister publicus puer, ut plurimum petulans, qui totus ludicris intentus nescit quid agat, & abstractus mutilat verba, vel non respondet, vel ludens circa Altare celebrantem conturbat? Ut igitur fidelibus occasio scandali auferatur, adhibenda sunt media quibus abusus, quæ sunt circa Altare eliminantur, cum laudabilibus semper sit adhibere ministrum habilem, & bene instructum, quia negocium est summi ponderis; ut ait Biss. hierurg. litt. M. num. 162. §. 3. Superiores autem, qui hæc negligunt, & parvifaciunt, reddent rationem ei, qui venturus est judicare vivos, & mortuos. 1. Petr. 4.

### 3. UT UBERES SPIRITUALES FRUCTUS INDE PERCIPIANT.

Uberrimi sunt fructus, qui proveniunt ex auditione missæ, & 1. plus valet auditio missæ, quam elemosyna, 2. Angeli custodes majori sollicitudine custodiunt homines missas audientes, 3. si devotè, & attentè audiatur, peccata venialia abluit, 4. qui est præsens missæ quotidie potest spiritualiter communicare, 5. Magis participat omnium honorum operum, quæ sunt in Ecclesia, 6. citius oratio exauditur, tamquam facta in præsentia Dei, 7. plus valet auditio missæ in vita, quam plures post mortem, scilicet quoad præmium essentiale, 8. quidquid homo comedit plus convenit suæ naturæ post auditionem missæ, quam ante, prosperabitur illo die in laboribus, in itinere, & necessaria vitæ habebit, & si contigerit mori, Deus eum de manibus inimicorum eripiet: hæc & plura beneficia ex auditione missæ provenire narrat Joann. Herolt vulgo Discipulus in

Serm. de Sanctis Serm. 48. Biss. in Hierurg. litt. M. numero 162. §. 16. ministrum hoc laudando sic inquit. Volo hinc notare quanta sit dignitas eorum, qui missæ inserviunt, cooperatores enim dicuntur Angelorum, quia hi etiam visibiliter quandoque Sacrosancto Sacrificio Missæ inserviunt: unde Div. Thomas Doctor plane Angelicus, nullum diem præterire est passus, quin alicui sacro assistendo inserviret, innumeri sunt, qui fructus inestimabiles ex tanto ministerio receperunt. Vide Bagatt. Ec. præterea inservientes missæ participat de fructu Sacrificii, quoad partem specialissimam, ut in litt. S. numer. 177.

4. Si autem hæc dona dantur audientibus tantum missam: multo plura consequenter ii, qui non solum audiunt, sed exemplo piissimi, & Serenissimi Principis Sebastiani Portugalliae in honorem Virginis inserviunt, ut patet ex Biss. mox allegato, & exemplo Sancti Venceslai Regis Bohemiae, & Beatæ Margheritæ Reginae Unnorum Ord. Dominicani, suppellestia Sacra, pro Sacrificio ministrant, quod per Concionatores è suggestu, & per Parochos diebus solemnibus Populo enucleandum erit, ut fideles ad hoc pium pietatis, & Religionis opus exercendum, excitentur.

5. STATUIT A NOBIS, ET SUCCESSORIBUS NOSTRIS APPROBANDA, CONCEDENDI. Hæc clausula apponitur ut sciant Confratres, quod statueri non possunt sine Episcopi approbatione, prout disponit Constitutio Clem. VIII. impressi in Bullar. tom. 3. Constitut. 115. Et licet Donat. prax. rerum regular. tom. 3. tract. 8. quæst. 15. asserat Confraternitates posse sibi facere statutum, & imponere collectas pro beneficio Societatis, hoc dicit absque ulla auctoritate: unde illi ne deferas; sed firmiter tene, quod Societates hujusmodi, quæ erectæ, & approbatæ fuerunt ab Episcopo, aliòve Ordinario, statuta valida non condunt absque confirmatione prædicta, ut advertit Frances. de Eccles. Cathedr. capit. 25. num. 75. & 76. qui dat concordantes.

6. Neque uti possunt Statutis, ac Con-

sti-

stitutionibus quas observandas recipiunt ab Archiconfraternitatibus Urbis aggregantibus, nisi præcedat ejusdem Ordinarii licentia, cujus subjectionem nunquam per aggregationem effugere valent, ut declaravit Sac. Congr. Concilii in Potentina aggregationis 29. Maii 1683. in qua propositis dubiis.

- I. *An ad effectum ut Confraternitates laicales aggregatae, uti possint regulis, Statutis, ac Constitutionibus, quas observandas recipiunt ab Archiconfraternitatibus aggregantibus, necessaria sit præcedens aggregatio Ordinarii loci.*
- II. *An ad effectum ut Confraternitates aggregatae uti, & gaudere possint Indulgentiis Archiconfraternitatum aggregantium, necessaria sit approbatio Episcoporum intervenitu duorum de Capitulo.*
- III. *An Confraternitatibus aggregatis Archiconfraternitatis Mortis de Urbe jus competat Sepeliendi cadavera occisorum tam in Civitate quam extra, & tam Civium, quam exterorum, quando Curati parati sunt sepelire dicta Cadavera.*
- IV. *An dictæ Confraternitates aggregatae subsint Ordinario, ita ut eorum Administratores rationem Ordinario teneatur reddere.*

Sac. Ec. Respondit

Ad primum 2. & 4. affirmativè ad 3. Negativè lib. 33. dec. fol. 148.

**7. COLLEGII, ET CONFRATERNITATIBUS AUCTORITATE ORDINARIA ERECTIS.** Per istam clausulam datur intelligi quod privatæ personæ Collegium, seu Universitatem erigere, & constituere non possunt, nisi eis à Superiore concedatur, ut notat Barbof. in cap. dilecta num. 1. & 2. de excess. Prælat. quia non facit Collegium privata Societas, sed publica auctoritas Fagnan. in cap. 1. num. 44. de elect. Collegium autem erigi, & constitui potest in tribus per-

sonis, sive Ecclesiasticum, sive Civile fit absque alia superioritate Prælati, quæ de essentia Collegii per necesse non requiritur: Rot. in Mediolanen. jur. Paroch. 3. Junii 1678. §. indubitatum coram Vice Comite, ejus verò jura, si semel legitime erectum, conservari possunt etiam in duobus, imò & in uno cap. 1. ubi glos. de elect. glos. in cap. statutum vers. Collegiatus de elect. in 6. Fagnan. in cap. cum sit ars, num. 33. & 34. de etat. & qualitat. At tunc non erit Collegium actum, sed habitum, seu virtute Fagnan. in d. cap. 1. num. 30. de elect. Pirhing. in jus can. lib. 1. tit. 6. num. 12. eod. tit. istud autem jus, quod in uno remanet, non retinet pro seipso, sed pro Collegio, & universitate, glos. in l. Neratius ff. de verb. signific. glos. in cap. 2. verb. pauciores in fin. de postulat. prælat. aded ut nomine Collegii, si non potest eligere se ipsum (prout plures volunt) poterit tamen alium eligere in totius Collegii Prælatum glos. in dist. cap. 2. de post. cum aliis pluribus quos allegat, & sequitur Passerin. de elect. cap. 10. quest. 1. num. 8.

8. Collegium tamen Ecclesiasticum Canonicorum, sive Collegiata sola Episcopi auctoritate non erigitur prout dixi tom. 1. tit. 6. annot. ad form. 10. num. 7. sed recurritur ad Papam, qui erectionem concedit dummodò votum Congregationis Concilii (ad quam remittuntur preces) sit favorabile: quæ regulariter pro concessione solet inclinare, quoties concurrant sequentia. Primò, qualitas loci nota digni. Secundò, docilitas, civitas, & numerositas Populi, & Cleri. Tertiò, structura decora, & capacitas Ecclesiæ in Collegiatam erigendæ. Quartò abundantia, decentia, & pretiositas sacrarum suppellectilium. Quintò Dos. Congrua pro Præbenda Canonicorum, & Distributionibus, quæ regulatur à qualitate loci, & consuetudine aliarum Collegiatarum illius Provinciæ; adeo ut aliquando admittitur summam scutorum sexdecim pro unoquoque Canonico præter Distributiones, ut in una Sarzanen. 26. Januarii 1704. licet non habuerit effectum propter litem ortam super pertinentia Ec-

clesiæ inter Postulatores, & Cathedrallem. Sextò, si conditiones foundationis, & erectionis non sint exorbitantes à jure. Septimò, si augeatur Divinus cultus, & concessio nemini inferat præjudicium. Octavò, si Episcopus approbet, & laudet erectionem.

9. **I. MISTERI PRINCIPALI DELLA DOTTRINA CHRISTIANA.** Omnes Christifideles postquam ad perfectum ulum rationis pervenerint, sub mortali, & necessitate medii, tenentur explicitè scire, & credere quinque 1. Deum esse. 2. esse justum Remuneratorem dantem præmia justis, supplicia malis. 3. esse Trinum, & Unum, & sic credere mysterium Trinitatis, quod consistit in unitate naturæ Divinæ, & Trinitate personarum. 4. Mysterium Incarnationis. 5. Mysterium Redemptionis, nempe Christum esse mortuum pro nobis (& qui resurrexit) & esse verum Deum, & hominem in unitate personæ verbi Divini: sine horum actuali fide quis salvari non potest, nec ignorantia juvat. Unde valdè interest, quod hi, qui Missis interserviunt hæc probè calleant, nè meritum quod inde sibi maximum faciunt amittatur: dum doctrina illorum, qui asseriebant hominem esse capacem absolutionis sacramentalis quantumvis laboret ignorantia Mysterium fidei, damnata sit ab Innoc. XI. *prop. 64.*

10. Cura propterea imminet præcipua Ordinariis locorum, ut Populus in his instruatur per Parochos, per Clericos, per Missionarios, per Concionatores, per Ludi Magistros etiam Laicos, quos, si hoc facere detrectent, pœnis etiam censurarum cogere poterunt, tum vigore *Canonis X. Concilii Lateranensis V.* ubi expressè præcipitur Ludi Magistris, ut Doctrinam Christianam doceant: tum Decretorum Sac. Congr. Conc. in *Tragurien.* in qua scribens Nuncio Apostolico Venetiarum *sub die 17. Junii 1577.* sic rescripsit *potest Episcopus sub pœna excommunicationis præcipere Ludis - Magistro, ut suos discipulos mittat ad addiscendam Doctrinam Christianam in Ecclesia lib. 3. lit. pag. 82.* Et *sub die 17. Septemb. 1688.* cum quidam Episcopus exposceret declarari.

- I. *An ipse Clericos tam minorum, quam majorum ordinum ad Officium Ludi - Magistri à Communitatibus conductos cogere possit, ut pueros, ceterosque Scholares Doctrinam Christianam edoceant?*
- II. *An idem cogere possit Ludi - Magistros laicos, itidem à Communitatibus conductos?*
- III. *An idem cogere possit Ludi - Magistros, sive Clericos, sive laicos à nemine conductos?*
- Sac. Eccl. respondit dicta die -- Possè prius hortando, deinde præcipiendo lib. decis. 38. fol. 336.*

11. **NELLE VIGILIE DI TUTTE LE FESTE DELLA STESSA VERGINE.** Septem sunt festivitates, quæ in honorem Virginis Mariæ celebrantur in Ecclesia Universali, nempe. Immaculata Conceptio, Nativitas, Præsentatio, Annunciatio, Visitatio, Purificatio, Assumptio.

12. Conceptionis celebritas prima vice ortum habuit in Anglia ab Abbate Elpino circa annum 1070. deinde in Gallia in Provincia Lugdunensi anno 1145. ut narrat Baron. in *Martyrolog. sub die 8. Decembr.* quem refert, & sequitur Cherubin. ad *Bullam 114. Pii V. schol. 2.* hocque ex Divino admonitu, & subsecuto miraculo evenisse testatur: quam postea favoribus auxit Sixtus IV. anno 1471. & Concil. Trid. confirmavit, Alexander VII. Sixti IV. Bullam laudavit, & Clemens IX. Const. 13. Officium cum octava de præcepto concessit, pro tota ditione Ecclesiastica.

13. Nativitatis festum, initium cepisse creditur post Concilium Ephesinum anno 436. quem ampliavit, & celebrari jussit ex Voto per Ecclesiam Universalem Innocentius IV. anno 1243. & etiam admonitu cujusdam Sancti Anchoretæ qui (ut narrat Belluacensis) singulo in anno die octava Septembris, audiebat è Cœlo Angelos suavissimè can-

cantantes, & Angelo revelante intellexit lætitiã fieri dicta die in memoriam Nativitatis eorum Reginae, sic refert Thom. Auriemma in *Opuscul. cui titulus Affetti Scambievoli trà la Vergine, e suoi Divoti par. 1. cap. 20.*

14. Præsentationis solemnitas ut narrat Sixti V. Bulla 7. anno 1585. emanata, ab antiquissimis usque Ecclesie temporibus, ubique gentium fuit celebrata. Auctor verò mox supra citatus addit, quod publicè celebrari cæpit in Gallia anno 1375. sub Rege Carolo V. & postea à Pio II. & Sixto IV. ampliata fuit ad totam Ecclesiam anno 1460. de quo tamen in d. Bulla Sixti V. 7. qua officium duplex in Ecclesia universali recitari præcepit, nulla fit mentio; nec meminit Cherubin. qui solum dicit, quod Beata Virgo quando fuit in Templo præsentata erat annorum trium, & refert Elogium S. Germani; approbat tamen hoc Gavant. *comment. in rubr. Brev. sect. 7. cap. 13. n. 21.*

15. Annunciationis festum ab Apostolis processisse, communis opinio refert; idque percipitur ex scriptis S. Gregorii Thaumaturgi, qui florebat anno 230. & aliorum Ecclesie scriptorum, ut inquit citatus Auriemma *cap. 22.* Gavant. autem in *rubr. Brev. sec. 7. cap. 10.* cæpisse ait post Concil. Ephesinum.

16. Visitationis festum instituit Urbanus VI. ad extinguendum dierum Schisma Clem. VII. Antipapæ ortum anno 1378. & confirmavit Bonifacius IX. anno 1390. ut patet ex illius *Constit. 1. Bullar. tom. 1.* in qua hortatur fideles ad jejunandum in vigilia in augmentum meriti, & quod deinde fuerit hæc festivitas confirmata in Concil. Basiliensis anno 1441. narrat Gavant. in *rubr. Brev. sect. 7. cap. 9. num. 2.* Cardinalis autem de Laurea in Oratione soliloquiali, quam Typis dedit in honorem Virginis, Romæ anno 1689. referens ejus laudes innuit: quod Visitatio Virginis, cujus memoriam agimus, fuit incommoda, & longitudine itineris aspera dicens his verbis -- *Abiit in Mentana octuaginta quatuor miliarium spatio distantem &c.*

17. Purificationis festivitas tempore Justiniani Imperatoris Anno 544. occa-

sione sævissimæ pestilentie solemniter instituta fuit cælesti monitu: de qua præcedenter scripserat S. Methodius Martyr Episcopus Tyri, ut narrat sæpè cit. Auriemma in *cap. seqq.* Et deinde Sergius I. qui regnavit anno 687. instituit in Urbe Processionem: quamvis alii velint quod ante Sergium ritum Cereorum Romana Ecclesia receperit, ut notat Gavant. in *rubr. Miss. par. 14. tit. 14. de bened. candelar. in fest. Purif. num. 1.* hodieque in Urbe hoc festum habet vigiliam de præcepto ex institutione D. N. Clem. Papæ XI. anno 1703. occasione Terremotus, qui cum præfatam Urbem Romanam graviter concusserit, ferè nullam intulit dampnum.

18. Assumptionis festum antiquissimum esse nemo negat, & quod apud Orientales post Concilium Ephesinum initium habuerit credit Gavant. in *rubr. Brev. sect. 7. cap. 10. num. 15.* & apud Gallos propagatum tempore Caroli Magni refert Auriem. ubi supra *cap. 16.* & apud Italos tempore Leonis IV. anno 847. propter pestilentiam, quæ in Urbe grassabatur, & in hac die cessavit, post expletam solemnem processionem.

19. Specialiter autem Sodales hujus Societatis Præsentationis Virginis Imaginem deferre debent, ad demonstrandum, quod sicuti Beata Virgo Maria fuit in Templo præsentata ut Deo inserviret: ita ipsi se præsentant, & offerunt eidem, ut serviant in Ecclesiis Filio suo, & implorent suam protectionem, ad hoc ut valeant promissa adimplere: quia ipsa habet adjuvandi posse, cum sit Mater Omnipotentis: habet adjuvandi sapientiam, quia cognoscit defectus nostros, & necessitates, & ideò dicitur Mater sapientie, & agnitionis: habet adjuvandi velle, quia est Mater Misericordie, & bonitatis: ipsa veniam petentibus misericordie limum aperit, eis obtinet veniam, ægris medelam, pusillis corde robur, afflictis consolationem; periclitantibus adjutorium; ipsa est gratia plena, quia Deo, Angelis, & hominibus est gratia: Deo per humilitatem, Angelis per Virginitatem, hominibus per fecunditatem.

20. *VARIARLI.* Non tamen ad h-

bitum,

bitum, sed cum causa: quia regulariter Statutum sive lex, non est abolenda nisi evidens utilitas ex novo Statuto proveniat, aut aliqua maxima necessitas ad id impellat, ex eo quod lex consueta, sive Statutum, aut manifestam iniquitatem contineat, aut ejus observatio est plurimum nociva, ut docet D. Thom. in Sum. 1. 2. quæst. 97. art. 2. in corpore, quia plerumque pariunt novitates discordiam, præsertim dum ab eo quod diu æquum visum est, per novam Constitutionem receditur, nec quare recedatur, utilitas eridens, vel alia causa subest, (sunt verba extravag. 1. de privil.

Erectio Hospitalis

FORMULA VII.

SUMMARIUM.

1. Erecciones Hospitalium pro Expositis Deo acceptissima sunt.
2. Cura Hospitalium in quibus pauperes aluntur de jure Civili, & Canonico commissa est Episcopis, quamvis exemptorum.
3. Orphani dicuntur, qui Patre simul, & Matre carent.  
Legatum distribuendum Orphanis, potest dari Puellis, quæ carent solo Patre, vel illum habent inutilem si non concurrant orbate utroque Parente. ibi.  
Legatum distribuendum pauperibus Viduis, potest dari habentibus Viros inutiles, quoties non concurrant veræ Viduæ. ibi.
4. Expositi sunt miserabiles, & in extrema necessitate constituti, & ideo pro illis alendis, ubi Hospitium non adest, potest imponi collecta.
5. Parentes, qui exponunt filios, sunt graviter puniendi, si hoc faciant in loco remoto.

- Honor ab aliquibus vitæ antefertur. ibi.  
Infamia gravis equipatur morti. ibi.
6. Expositi an sint reputandi Spurii, & irregulares ad ordines, & Prælaturas ostenditur, & num. 7. 8. & 9.
  10. Manus Ecclesiæ est Dos, quæ datur pro fundatione.
  11. Dos assignata pro fundatione Hospitalis debet esse sufficiens.  
Dos destinata ad unum usum, si non est sufficiens, potest Episcopus illam in alium pium usum convertere.
  12. Causa Hospitalis favorabilior est causa Ecclesiæ.  
Hospitalia fundata auctoritate Episcopi, habet privilegium Ecclesiarum excepta immunitate. ibi.  
Hospitalia gaudent exemptione à collectis, & à contributione procuratoris Visitatoris. ibi.  
Usurpantes bona Hospitalium incidunt in excommunicationem Papæ reservatam. ibi.
  13. Parentes qui exponunt filios, an teneantur restituere damnum Hospitali, differitur, & num. 14.  
Mater tenetur de jure lactare filium usque ad triennium.  
Mater pauper, non tenetur lactare filium, sed Pater.  
Mater pauper non potest se eximere ab onere lactandi, quando Pater præstat alimenta.
  15. Seminarium erigitur pro pauperibus Clericis.
  16. Clerici Seminarii quando teneantur alimenta recepta reficere ostenditur, & num. 17.
  18. Clerici, qui post egressum à Seminario statum laicalem assumpserunt, tenentur reficere alimenta, si non adimpleverunt Seminarii Statutum, vel à Synodo ad restitutionem obligantur, & num. 19.

In nomine illius, qui cum esset dives factus est pauper:

**C**um præcepto Divino pauperum, & miserabilium personarum curam Paternam gerere debeamus, & tum legibus Civilibus, tum Canonicis Sanctionibus Pastoralis nostræ sollicitudini commissum sit, ut res, & bona, quæ Xenodochiis, & similibus locis à fidelibus in nostra Diocesi sunt destinata ad easdem utilitates, sive usus ad quos ea loca constituta sunt, ordinentur, & applicentur. Hinc est, quod cum N. loci N. nostræ Diocesis in suo cum quo decessit testamento, condito sub die... Mensis... anni... rogatus N. omnia bona sua stabilia, & se moventia reliquerit pro fundatione perpetua unius Hospitalis erigendi in d. loco N. in quo recipi, ali, & nutrirī debeant *pauperes pueri Orphani, necnon expositi d. loci N.* usque ad ætatem... prout latius in d. Testamento continentur, & ad quod debita relatio habeatur: volentes Nos in honorem Dei, qui intelligit super egenos, & pauperes, tam pium opus perficere, & exequi, matura deliberatione præmissa, Christi nomine invocato, auctoritate nostra Ordinaria, nec non tanquam executoriæ mentis d. Testatoris, d. Hospitalis sub invocatione, & protectione S. N. in Domo, seu Domibus hæreditariis sitis in d. loco N. in Via nuncupata... per eundem Testatorem relicta, & ad hunc effectum destinatis, pro pauperibus pueris Orphanis, nec non expositis in eo recipiendis, alendis, & nutriendis fundamus, & erigimus, & pro fundato, ac erecto haberi volumus & recipi, ali, & præfatos pueros nutrirī mandamus, usque ad ætatem... ab eodem Testatore præfinitam, & juxta modum, & formam in eadem prædispositione contentam, & clarius in subnexis Statutis expressam.

Cui Hospitali ita per nos validè, & canonicè erecto, pro Dote, & Mansuetudine, constituimus, & perpetuò assignamus bona stabilia fructifera, & hæreditaria Testatoris infra scripta, *sufficiencia*, tam pro manutentione pauperum Orphanorum, & Expositorum, quam Officialium, & Ministrorum videlicet. ( Et hic numericè, & distinctè registrentur bona assignanda, & postea prosequendo Decreti dispositivam dicatur.

Et ita auctoritate qua supra, & omni alio meliori modo, & jure quo possumus, debemus erigimus, & respectivè pro Dote, & manso primæ erectionis assignamus, & privilegia, & Immunitates eidem Hospitali, & bonis, *prout juris est conferimus*, & largimur: & pro executione voluntatis Testatoris nostram auctoritatem, & Decretum plenissimè interponimus, & præfens nostrum Decretum Erectionis in Actis nostræ Curie, & in Archivio Hospitalis construendo, unà cum Testamento D. Fundatoris, servari mandamus. Datum ex nostra residentia die...

N. Episcopus N.

*Publicatum fuit supradictum Decretum Erectionis Hospitalis in loco N. in mansionibus... Palatii Episcopalis N. die... presentibus N. N. & N. N. Testibus ad id specialiter adhibitis, atque rogatis, &c.*

Ita est N. Cancellarius Curie Episcopalis N.  
S T A

# STATUTI

Da osservarsi dal Rettore, Deputati, & altri Officiali dello Spedale sotto l'Invocazione di S. N. della Terra d'N. Diocefi d'N. fatti, & approvati da Mons. Illustrissimo, & Reverendissimo N. Vescovo d'N. nell'atto, e tempo dell'Ere-  
tione l'Anno.....

- 1 **L**O Spedale di S. N. di questa Terra N. fondato da N. dovrà esser governato, diretto, & amministrato da un Rettore deputato da Monsignor Vescovo pro tempore; e da due Deputati d'età provetta, e di esperienza da nominarsi dall'Università di questa Terra, e d'approvarsi dallo stesso Mons. Vescovo conforme dispone il Testatore.
- 2 Oltre il Rettore, e deputati, dovrà havere un Economo, o sia Maestro di Casa idoneo, e capace, il quale dovrà sopra intendere al governo Economico, cioè al mantenimento, & cultura de beni stabili, all'esigenze dell'entrate, e provvedimento delle spese: con ritenere i Libri Maestri dell'introito, & esito, e tutte le partite distinte, edare prima d'entrare al possesso dell'amministrazione figura idonea d'amministrare fedelmente, e di render conto esatto ogn'anno al Rettore, e Deputati, coll'approvazione in scritto di Monsignor Vescovo, o suo Vicario Generale. Et avrà per sua provisione, e mercede annualmente scudi...
- 3 Vi farà un Guardarobba da nominarsi dal Rettore, e Deputati, e d'approvarsi da Mons. Vescovo, al quale per Inventario si consegneranno tutti i mobili dello Spedale; Et in piè di quello ne farà ricevuta, & obbligo di renderne conto in fine del suo Ufficio: e sarà sua incombenza di custodirli, pulirli, e mantenerli ed accrescendosi di notarli in detto Inventario: Et avrà per mercede, e provisione scudi...
- 4 Vi farà un Proveditore, il quale avrà cura, & Ufficio di provvedere le cose necessarie per il vito, e vestito de' fanciulli, Nutrici, e Balie, & altri operari dello Spedale, nel modo, qualità, e quantità che gli verrà ordinata dal Rettore, da cui dovrà riportare il saldo ogni mese delle spese diurne, dovendo a questo effetto ritenere in Libro, in cui giorno per giorno dovrà notare le dette spese. Et in oltre riterrà un altro Libro ben cartolato: in cui noterà diligentemente il giorno, Mese, & Anno in cui furono ricevuti nello Spedale gli Orfani, e gli Esposti, coll'espressione individua de loro Nomi, e cognomi, Padri, e Madri, & oltre la mensa avrà per sua provisione annualmente scudi.... I quali Officiali subordinati, saranno nominati, e presentati dal Rettore, Deputati a Monsignor Vescovo pro tempore, per riceverne la di lui approvazione.
- 5 Vi firiteranno le Nutrici, e Balie con provisione, e mercede onesta, in

in quel numero, che il Rettore, & i deputati stimeranno sufficiente per la-nutricatione, e baliatico de fanciulli Orfani, & Esposti che vi faranno: procurando di prendere persone sane, e di buon costume, e sopra tutto bene instruite ne gl' articoli della Santa fede: accioche con il latte, e nutrimento corporale, possino, e siano capaci d'instillare ne i fanciulli i primi rudimenti della Dottrina Christiana, sopra di che, prima che siano ricevute nello Spedale, doveranno essere esaminate dal Paroco nel cui Territorio è lo Spedale.

6 Col bollettino inserito del Rettore diretto al Provveditore, (e che dovrà ritenersi in filza) si riceveranno nello Spedale i Fanciulli minori d'otto Anni di qualunque condizione si siano, i quali privi di Padre, e Madre di beni di fortuna, e d'ogn' altro ajuto de Parenti a quali di ragione tocca d'alimentarli, non possono essere in altra maniera sovvenuti, e sia loro somministrato vito, e vestito secondo le regole da prescriversi fino all'età compita di dieci anni.

7 Si possono anche ricevere in d. età quei fanciulli Orfani, i quali benché non siano privi di Madre, non possano da questa per la povertà, o invalidità, havere il nutrimento necessario: si come anche quelli che hanno il solo Padre inabile per la Vecchiaja, o infermità abituata; purché oltre il consenso del Priore, vi concorra anche il voto delli due Deputati: & in caso che non convenghino, si ricorrà da Mons. Vescovo.

8 Non si ricevino Orfani, nè Esposti, che non siano nati di Padre, o Madre nativi Originari di questa Terra d'N. o almeno, che non abbiano in quella habitato ..... anni, o non siano del suo Territorio, essendo tale la mente del fondatore.

9 Si ricevino gli Esposti di questa Terra, e suo Territorio, e si facciano allattare, e nutrire con ogni carità, e sollecitudine: facendoli nel giorno stesso che saranno ricevuti battezzare dal Paroco quando non vi sia segno alcuno, che abbiano ricevuto il Battesimo, o sub conditione, quando non vi sia certezza, che siano stati battezzati: E quando vi sia probabile congettura, che qualche Esposto sia venuto da altro Territorio, si procurerà d'haverne le notizie certe per poter ripetere dalla Madre, o Padre le spese, e gli alimenti, secondo sarà di ragione.

10 Compita ch'haveranno i fanciulli Orfani, & Esposti l'età di dieci anni non si abbandonino affatto: ma si procuri con carità d'allettarli ad imparare qualche arte meccanica, raccomandargli agli Artieri, o d'impiegarli in altro esercizio onesto, accioche in quell'età tenera per se stessa proclive all'ozio, & a giuochi, non divengano vagabondi, e vitiosi.

Vogliamo, & ordiniamo, che i sopradetti Statuti fondamentali siano esattamente osservati, riservando a noi, & a nostri Successori la facoltà d'accrescerli, moderarli, e variarli, secondo che così giudicheremo essere expediente per beneficio del luogo Pio, e di prescrivere le regole, che si dovranno osservare tanto per gli Esercizj di pietà, e buona educazione degli Orfani, & esposti, quanto per le spese cibarie, e vestito de medesimi.  
Dato dal Nostro Palazzo Residenziale di N. questo dì....

N. Vescovo N.  
Supra.

Supradicta Statuta per Illustrissimum, & Reverendissimum D. Episcopum N. condita pro gubernio Hospitalis N. Terræ N. fuerunt publicata in ... die .... mensis ..... anni .... presentibus N. N. & N. N. Testibus adhibitis, atque rogatis.

Ita est N. Cancellarius Curiae Episcopalis N.

## ADNOTATIONES.

1 Quia puerorum Orphanorum, & Expositorum Cura Deo acceptissima est; cum ipse dixerit: *qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo me suscipit. Matth. 18.* idè datur hic formula Ereccionis Hospitalis pro istorum receptione, & nutritione, quæ mutatis mutandis juxta operis injuncti qualitatem, poterit inservire pro forma aliorum Hospitalium, datur quoque exemplum Statutorum in genere, ut Episcopus, alique exequutores dati pro Hospitalium hujusmodi erectione, inde percipere valeant quid sit advertendum, & quid in substantia statuum. Cæterum in concreto, statuta regulanda sunt à dispositione Fundatoris, à loci qualitate, & à reddituum quantitate.

2 **COMMISSUM SIT.** Episcopus tum de jure civili in *l. id quod pauperibus, & in l. si quis ad declinandum C. de Episcop. & cleric.* Tum de jure Canonico in *cap. de Xenodochiis de Relig. domib. in clem. 2. tit. eod. & in Concilio Trid. sess. 23. cap. 1. de refor.* Cura commissa est Hospitalium in quibus pauperes alendi sunt quantumvis exemptorum: ipsisque onus incumbit, ut fidelium voluntates circa opera pia hæc, & similia executioni demandentur, ut expressum habetur in dd. juribus.

3 **PAUPERES PUERI ORPHANI.** Ii propriè dicuntur Orphani qui Patre simul, & Matre carent, ut tradunt DD. relati à Gratian. *discep. 666. n. 2.* At quia in causis piis lata fieri solet interpretatio communior sententia tenet quod Orphanus, seu Orphana dicatur etiam ille, vel illa, quæ Patre caret, & quod idè in Legatis relictis pro maritan-

Monacelli Form. Pars. II.

dis Orphanis Puellis, veniant orbatæ solo Patre, & illis fieri possit distributio ut firmat Gratian. *dict. disceptat. 666. num. 3.* Dian. *resolut. moral. part. 4. tractat. 4. Miscellan. resolut. 140.* quem refert, & sequitur Leoncil. *de Privileg. pauper. par. 2. privileg. 303. num. 1.* Et hoc præsertim quando non concurrant Orphanæ orbatæ utroque Parente Amostaz. *de causis piis part. 1. lib. 4. cap. 6. num. 43. ubi num. 46.* conclusionem sic limitatam extendit ad Puellas habentes Patrem inutilem, Pignatell. *consultat. 2. num. 55. tom. 5.* quia tunc, ut ipse ait, hæc vera carent præsidio Patris: sicuti Legatum relictum distribuendum pauperibus Viduis, quod dari possit habentibus Viros inutiles, dicit Leoncil. *de Privileg. paup. dict. privileg. 303. num. 2.* hoc tamen debet intelligi, quoties non concurrant veræ Viduæ, ut mox de Orphanis improprie dictis dicebam ex Amostaz. *num. 46. & num. 49.*

4 **NEC NON EXPOSITI.** Sicuti crudele est filios infantes exponere: ita summæ pietatis, & charitatis Officium est illos suscipere, alere, & nutrire Cherubin. *ad Const. Gregor. XIII. la 44. schol. 2.* sunt enim miserabiles personæ in extrema necessitate constitutæ, idèdque eorum causa est tam favorabilis, ut ubi non adsint Hospitia publica pro illis recipiendis, & bursa Communitatis, ac eleemosynæ locorum Piorum non suppetant, possint in subsidium Divites, tam sæculares, quam Ecclesiastici collectari pro eis nutriendis, ut probat Amostaz. *de caus. piis lib. 4. cap. 11. n. 57. & 58. tom. 1.*

5 Parentes autem qui filios exponunt, præsertim de recenti natos, & sanguinolentos graviter arbitrio Judicis sunt puniendi *leg. sancimus, C. de infanc. expon. Menoch. de arbitr. cas. 396. Raynald.*

K

nald. *observ. crim. tom. 1. cap. 6. §. 5. num. 4. & trib. seqq.* ubi quod Mulier sit fustiganda si infans non moritur: pœna verò ultimi supplicii afficienda, si mors pueri inde sequatur: dummodo tamen expositio fiat in loco remoto, & solitario: secus si exponatur in loco frequentato, & cuilibet obvio; nam tunc si fœtus expositus non moriatur debeat absolvi, & ratio est quia tunc non impietatem eos movisse ad exponendum credendum est, sed propriam honorem qui non modo filiis, sed vitæ propriæ ab aliquibus antefertur, ut benè observat Menoch. *loco citat. num. 6.*

7. ad vitandam infamiam gravem, quæ æquiparatur morti, sicut honor vitæ, Sebast. Medic. *de regul. jur. par. 2. regul. 1. ampliat. 50.*

6 An autem Expositi æquiparentur vulgò quæsitis, vel potius censerì debeant legitimi, quæstio est non modica. Una enim opinio tenet, quod cum communiter, & ut plurimum non exponantur, nisi naturales, & legitimi, & expositio repugnet legitimæ filiationi, reputandi sint Spurii, & irregulares, adeò ut indigeant dispensatione ad ordines, & Prælaturas, & hanc de Stylo Datarie servari testatur Corrad. *prax. dispensat. lib. 3. cap. 2. nu. 1. & 2.* ubi dat formulam expedire solitam, & Corrad. sequitur Pignatell. *consultat. 34. per tot. tom. 7.* & hanc esse magis tutam, & in praxi sequendam monent Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 10. num. 39.* Piafec. *prax. Episcop. part. 1. cap. 1. artic. 4. de requisit. etat. confirmat. & nat. n. 18.*

7 Alia opinio astruit, quod debeant reputari legitimi, eo quia in dubio pro favore prolis sit judicandum, & sumenda sit conjectura, quæ delicti præsumptionem excludat; unde potius legitimi quam Spurii reputandi sint: eosque propterea absque dispensatione successionum, ordinum, & dignitatum esse capaces, firmant Gratian. *disceptat. 135. num. 31. & discept. 267. num. 22.* Barbof. *de Offic. Episcop. alleg. 51. num. 150.* & hanc sequitur Illustriss. Zaul. *observ. ad stat. Favent. lib. 7. rubr. 22. n. 20.*

8 Alia demum distinguit, nempe quod si Expositi sint Hospitalium, & Confraternitatum, quibus Pontifex Indultum

concessit, ut habeantur pro legitimis, nulla alia indigeant dispensatione: si verò fuerint Expositi in aliis Hospitiis, & locis, quæ tale Indultum non habent, tunc censerì debeant illegitimi, & irregulares, & promoveri ad ordines non possint sine dispensatione saltem Episcopi, & hanc amplectitur Amostaz. *de cas. piis lib. 4. cap. 11. num. 76. tom. 1.* Et hac ultima Sententia videtur proxima veritati, cui quoad facultatem Episcopi, in dispensando ad ordines, & Beneficia favet expressè, & absolute Sayr. pro prima sententia allegatus *dist. nu. 39. in fine* cum certum sit quod Episcopus vigore *Concili Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6.* in omni irregularitate occulta dispendet, maxime in dubio facti.

9 Neque officit stylus Datarie, quia hujusmodi dispensationes non sunt de necessitate: sed vel expediuntur ad cautelam, vel pro iis tantum in quibus adest certitudo maculæ illegitimitatis, non autem pro aliis, qui in occulto dubio facti versantur, quos Episcopus potest dispensare, ut probant auctoritates allegatæ.

10 PRO DOTE, ET MANŪ. Mansus dicitur spatium terræ sive fundi, quod duobus bobus per annum arari, & coli potest, ut dicit Glos. *in c. 1. de cens.* Sed hic accipitur pro illa Dote, sive fundo dotali Ecclesiæ, beneficii, seu Hospitalis, pro sustentatione Ministrorum, Orphanorum, seu pauperum constituta in bonis stabilibus, ut tradunt Barbof. *in d. cap. 1. de cens. num. 5.* Pirhing. *in juris canon. lib. 3. titul. 39. num. 44.*

11 SUFFICIENTIA. Per hanc expressionem admonentur Episcopi, ut in foundationibus tum Hospitalium, tum aliorum locorum Piorum, primo loco examinent, & probè perpendant, an bona assignata correspondeant oneribus injunctis: Nam Dòs constituta in prima erectione debet esse sufficiens, ut notat Glos. *in c. secundum canonicam 23. quæst. ultim.* & advertit quoque Zaul. *observ. ad Stat. Favent. rubr. 7. lib. 6. n. 36.* si enim ad usum destinatum non esset sufficiens, posset Episcopus in alium pium usum convertere ad tradita per Ricc. *decis. 125. n. 8. part. 2. & collect. 558. vers. tertia causa, & collect.*

1270. limitat. 5. Barbof. de offic. Episcop. alleg. 83. nu. 5. 6. & seqq. quos sequitur Donat. de regular. tom. 3. tract. 8. q. 27. n. 7.

12. **PROUT JURIS EST CONFERIMUS**. Causa Hospitalis favorabilior est, quam causa alicujus Ecclesiae, quia illa respicit bonum pauperum, & miserabilium personarum, pro quibus bona Ecclesiae alienantur, Amostaz. de caus. piis par. 1. lib. 4. cap. 11. n. 36. idemque si sit fundatum auctoritate Episcopi, habet privilegium Ecclesiarum, etiam si non habeat Ecclesiam annexam, excepta immunitate, Ricc. prax. par. 3. resol. 132. nu. 3. Secundum est immune à Gabellis, Amostaz. ubi supra n. 32. & praesertim pro Dote, & Manso in primava fundatione assignatis, Pirhing. in jus can. tit. 39. n. 44. vers. porro tom. 3. & tam pro communitativis, quam Cameralibus, excepta in Statu Ecclesiastico gabella macinatus, ut sacris canonibus, & auctoritatibus cumulatis probat Zaul. loco citato n. 34. ubi testatur ita fuisse semper judicatum in omnibus Tribunalibus Urbis, & novissime declaravit plena Camera in Maceraten. favore Collegii Barnabitarum 1. Julii 1697. & Sac. Congregat. Boni Regiminis in Velterna favore Conservatoriorum Puerorum, & Puellarum pauperum 17. Junii 1699. Tertio Hospitalia non tenentur solvere Episcopo visitanti procuracionem, Fagnan. in cap. venerabilis n. 34. de cens. & exact. Pirhing. in jus canon. lib. 3. tit. 39. n. 79. Piafec. prax. part. 2. cap. 3. art. 8. de visit. n. 19. Quarto usurpantes bona, & fructus Hospitalium incidunt in excommunicationem Concilii Sess. 22. cap. 11. reservatam Papae Bonac. in Bull. Coena quest. 18. punct. 4. n. 9. vers. fin. Nicol. lucubr. lib. 5. tit. 39. num. 116. vers. verum tamen est.

13. **PER POTER RIPETERE DALLA MADRE, O PADRE ETC. SECONDO SARA' DIRAGIONE**. Hoc dicitur Statuto ad demonstrandum, quod licet Parentes, qui exponunt propriam prolem regulariter peccent, & teneantur damna loco pio illata refarcire, adeo ut plures Episcopi hunc casum inter reservator reponant, ut testatur Leoncil. de privileg. pauper. part. 1. quest. 3. n. 68. & apud Barb. de offic. Episcop. allegat. 51. n. 143. non tamen semper regula vera

est. Etenim in hoc articulo DD. divisi sunt. Alii inquam tenent, quod Parentes quantumvis Divites alimenta restituere non teneantur, ex eo quia Hospitalia ista intuitu pietatis, & misericordiae alimenta Expositis prebeant propter Dei amorem, & non animo repetendi. Alii quod teneantur restituere ex aequitate, non autem de jure stricto. Alii quod ex justitia si sint divites, quia horum Hospitalium institutio fit ad nutriendos Expositos pauperes. Alii demum distinguunt, quod nempe si Hospitaliale fuit simpliciter fundatum absque alia declaratione teneantur restituere, quia praesumitur Hospitaliale fuisse fundatum pro egenis (ut in nostra formula) non autem si expressa, vel conjecturata fundatoris voluntate appareat, voluisse redditus Hospitalis liberaliter expendi debere in alendis expositis, inspecta solum eorum praesenti necessitate absque alia consideratione ad Parentes: quos omnes refert Amostaz. de caus. piis lib. 4. cap. 11. a n. 66. ad 71. qui in hac quarta sententia residet, & cum sequitur Zaul. observat. ad statut. Favent. tom. 2. rubr. 22. n. 10. lib. 7.

14. Ex quibus satis constat non esse absolute certum, quod Parentes exponentes filios teneantur semper, & in quocumque casu damna refarcire, etiam si divites sint, (si enim sunt pauperes eos non teneri omnes fatentur: ) sicuti non peccant quando non habent unde alant, & adhibita cautione vitae infantes exponunt, ut se declarat Barbof. loco cit. n. 147. In nostra autem hypothese si Parentes haberent unde reddere, & damna refarcire, tenerentur ex duplici capite, & quia Hospitaliale esset erectum pro egenis, & quia pro solis indigenis. Et si Pater cui onus incumberet pauper esset, teneretur Mater si esset dives Leoncil. de privileg. pauper. part. 2. privileg. 243. n. 3. Amostaz. de caus. piis lib. 4. cap. 9. n. 34. tom. 1. Caeterum notandum, quod licet Mater teneatur de jure lactare filium usque ad triennium, l. fin. Cod. de patr. potest. Leoncil. ibid. num. 1. Amostaz. n. 31. adhuc tamen si esset pauper, & sibi victum laborando quaerere cogere, filium lactare non cogitur, imò si tunc lactaret, & nutriret, expensas repetere posset a Patre ejusque

hæredibus, ut firmant Leonc. *loc. citat.* n. 7. Zacch. *de salar. quest.* 80. n. 12. & Amoflaz. n. 33. cum quibus concordat Surd. *de aliment. tit. 7. quest.* 13. num. 15. ubi n. 16. dicit, quod si Pater est paratus alimenta præstare, ut filium nutriat, non possit Mater se ab hoc onere excusare, & eximere.

15 Hinc ad decisionem alterius dubii huic proximi transeamus: an scilicet Alumni Seminarii, seu Collegii Ecclesiastici (quod ex lege Concilii Trident. pro pauperibus Clericis erigitur,) qui possunt facultatibus Parentum ibi manuteneri, & adhuc gratis aluntur, vel post egressum ad Statum laicalem redeunt, teneantur ad restitutionem alimentorum.

16 In qua quæstione quoad primos Frances *de Eccles. Cathed. cap. 28. num. 181.* hæc habet -- *Hæc extrema ab instituto quæstio investiganda est, an videlicet filius pauperis ea ratione ad Seminarium admissus, cujus Pater tempore studiorum ad pinguiorem devenit fortunam, in eo perseverare possit, expensis Seminarii alendus? in qua negative respondendum est. nam cum qualitas paupertatis requiratur, quæ tractum habet successivum per tempus, ea deficiente expellendus est, præcipuè cum huic adsit præjudicium aliorum pauperum, quibus prospicere, & non aliis Sancta decrevit Tridentina Synodus, nisi Pater dives effectus alimenta solvere voluerit juxta Concilii dispositionem. Et post solutionem objectorum num. 188. profertur dicendo -- Unde qualitas superveniens divitiarum, quæ ipsum inhabilitat ad Seminarium, erit respiciens tempus futurum nequaquam præteritum, ita ut alimenta percepta restituere non teneatur, &c. & num. 190. concludit -- Retinebit igitur alimenta præterita, sed futura in quibus qualitas deficit, acquirere non valebit.*

17 Huic doctrinæ se sociat Chrispin. *de visit. par. 2. §. 31. num. 37.* ubi sic ait -- *Parimente si debbono licenziare quelli, che havendo del loro, e potendo alimentarsi in Seminario à spese proprie, non vogliono contribuirevi, mangiando quel pane ch'è stato destinato per alimenti de' poveri Alun-*

*ni: e sono certamente costoro obligati alla restituzione. Se vi fossero de' Vescovi, che per qualche humano rispetto introducessero, o mantenessero in Seminario questa sorte d'Alumni, sappiano che n' haveranno da rendere stretto conto a Dio. Quis autem ad hunc effectum dicatur pauper, Episcopi arbitrio relinquitur, qui ponderatis conditione personæ, facultatibus familiæ, & qualitate loci rectum faciet judicium Franc. loco citato num. 195. dummodo non careat bonis internis à Tridentino requisitis.*

18 Quo verò ad alios, qui post egressum à Seminario redeunt ad statum laicalem, videtur distinguendum: Si enim tempore admissionis fuerunt recepti cum obligatione, & fidejussione alimenta restituendi in casu desertionis status Clericalis, vel non adimplementi alterius conditionis à Statutis Collegii requisitæ, prout frequenter in Synodibus plurimis mandari solet, & de praxi testatur Zelor. *in prax. verb. Seminarium §. 2.* quem refert, & sequitur Pac. Jord. *e lucubr. lib. 7. tit. 4. de Visit. Semin. num. 7.* & tunc certum est, quod nulla eis excusatione suffragante, tenentur ad restitutionem, ut in terminis Seminarii Romani decisum fuit à Rot. *in decis. 295. par. 19. tom. 1. rec. per tot.*

19 Si verò obligatione restituendi neglecta, fuerint simpliciter admissi; tunc censuram, quod si erant pauperes, & ad pinguiorem fortunam non devenierint, aut si devenierint, non nisi post egressum, ad restitutionem non teneantur: quia mutatio status nihil obstat eis, quominus id quod justo titulo, & tempore habili acquisiverunt retineant *ex text. in l. fin. ff. unde liber. Franc. d. n. 190.* nisi forte adesset statutum Synodale, quo tales Alumni desertores ad restitutionem adigerentur: quia tali casu cogi poterunt ad sumptus refectorem, prout Decretum Synodi approbando respondit Sac. Congreg. Concilii *in Cesenaten. Synodi 26. Februarii 1695.*

Testimonialium litterarum pro  
Concionatore.

FORMULA VIII.

SUMMARIUM.

- 1 Concionatoribus dantur Litteræ testimoniales de exercitio prædicationis.
- 2 Munus prædicandi ad Episcopos præcipuè pertinet, quod per se ipsos exercere tenentur, nisi legitime sint impediti.
- 3 Episcopus si vult Universitati laicorum nominationem Concionatoris pro Cathedrali auferre, tenetur de proprio eleemosinam solvere.  
Personarii non tenentur contribuere pro expensis manutionis Concionatoris, quas Episcopus facit.  
Episcopus à jurisdictione suspensus, si eleemosinam solvit, Concionatorem pro Cathedrali eligit, & non Vicarius Apostolicus.

- 4 Concionatores nominati, si post acceptationem renunciant, vel aliquo impedimento prædicare non possunt, non præjudicant nominantibus.
- 5 Concionatoris nominatio facta imminente tempore prædicationis, vel pro loco in quo non solet prædicari, potest ab Episcopo rejici.  
Parochis, si per se ipsos munus prædicandi adimplent, prohiberi non potest ne prædicent in eorum Ecclesiis.
- 6 Clerici Minorum Ordinum possunt de jure exercere munus prædicandi, si ab Episcopo eis committatur, sed in praxi non servatur.
- 7 Concionatores debent prædicare secundum audientium captum, juxta monitum canonis, & Pontificis Innocentii XI. & n. 8. & 9.
- 9 Utilitates, quæ proveniunt ex prædicatione verbi Dei, si rectè fiat, enumerantur.
- 10 Concionatores, qui munus prædicationis laudabiliter non implent, non sunt commendandi, sed à munere repellendi.

N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia  
Episcopus N.

» CUNdīs ubique locorum testamur R. P. N. Theologiæ Magistrum  
» Ordinis N. Concionatorem à Nobis electum pro hac nostra Ca-  
» thedrali Ecclesia in proxima præterita Resurrectionis Dominicæ Qua-  
» dragesima, quotidie jejuniō majore durante ex Suggestu hanc CHRIS-  
» TI plebem nobis commissam Evangelicæ Doctrinæ pabulo refecisse,  
» ac opere, & sermone potentem Christianas virtutes, & pietatem in  
» populo, ( plenitudine cordis nostri lætitiā ) laudabiliter promovisse; ut  
» meruerit præsentēs testimoniales litteras ultrò oblatas obtinere.  
» In quorum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Secretarius.

Monacelli Form. Pars II.

K 3 Alia

## Alia.

» **E**GO infrascriptus Ecclesie Matricis, & Parochialis S. N. Terrae N.  
 » Diocesis N. Rector perpetuus, cunctis indubiam fidem facio, & in  
 » verbo veritatis testor Admodum R. P. N. Sac. Theologiae Magistrum, seu  
 » Baccalaureum) Concionatorem in dicta Ecclesia electum pro prima pra-  
 » terita Sanctissimae Resurrectionis Dominicae Quadragesima, quotidie je-  
 » junio majore durante ex suggestu ibidem populo verbum Dei, secundum  
 » audientium captum praedicasse, & in lege Evangelica puritate Doctrinae,  
 » & fecunditate eloqui audientium mentes erudivisse: fateorque in dicto  
 » munere voce, operibus, & exemplis ita laudabiliter se gessisse, ut  
 » in suo discessu, mihi moerorem, reliquis cunctis dicti loci maximum  
 » sui desiderium, absque ulla hesitatione reliquisset. In quorum omnium  
 » fidem praesentes testimoniales dedi hac die, &c.

Loco ✠ Sigilli.

N. Rector perpetuus Ecclesiae Matricis loci N.

## ADNOTATIONES.

1 Solent Concionatores, qui verbum Dei praedicant tempore Quadragesimae seu Adventus Domini, post munus expletum, testimoniales litteras, tum ab Episcopis, tum à Rectoribus Ecclesiarum exquirere; quia illis obtentis, & ostensis augent merita pro consequendis gradibus in Religione, ideòque earum formulas hic reponere studui.

2 **A NOBIS ELECTUM PRO HAC NOSTRA CATHEDRALI ECCLESIA.** Cum praedicatio sit actus jurisdictionis, quem nemo potest exercere, nisi ex commissione Episcopi, *cap. excommunicamus 13. §. quia verò de haeretic.* hinc est quod solus Episcopus, eligit & approbat Concionatores: ceteri autem nominant, & praesentant; & Regulares tanquam in hoc munere Episcoporum Coadjutores ab eis missi, praedicant Evangelium. Caeterum munus praedicandi propriè, & praecipuè ad Episcopos pertinere, tum usus veteris Ecclesiae, & omnium Sanctorum Episcoporum exemplum; tum ipsa docet Episcopalis consecratio, in qua dicitur *accipe Evangelium, vade praedica populo tibi commissio.* Ideò Paulus ad Timotheum scribens, ipsum terribili adjuratione obtestatur per Deum, & Jesum Christum,

ejusque adventum, & Regnum, ut instanter praedicet, moneat, increpet in omni patientia, & doctrina. Et de se ipso ad Corinthios 1. 6. ait *si evangelizaverò non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit? ut enim mihi si non evangelizaverò.* Teneri autem per se ipsos hoc Officium exercere Synodus Tridentina edixit antiquos Canones secuta, nisi fuerint legitime impediti. Quem obligationem ab omnibus Episcopis, qui doctrina, & Sanctitate floruerunt, agnitam fuisse evidens est, & plura in hanc rem congerit Christian. Lupus in *not. ad Canonem XIX. Concilii Trullani*, ex quibus elucet invariabilis Spiritus Ecclesiae: sed summopere diebus nostris dolendum est, quod dum haec documenta proponuntur, vel tanquam ritus, & formulae ab aliquibus accipiuntur: vel ad saecula jam praeterita spectare dicuntur, quia (sunt verba Cartusian. in *act. Apost. c. 6.*) *jam plures plusquam oportet, docet, aut docet circa temporalia occupantur exterioribusque versantur: mente sunt frigidi, nec in Spiritualibus exercitiis habent saporem.*

3 Dum igitur Episcopus pro Cathedrali Praedicatorum approbat, & Universitas laicorum, vel alius nominat, & praesentat, ac eleemosynam solvit: Si velit laicis jus nominandi auferre (sicuti potest), tenetur eleemosynam de proprio sol-

soluere, ut pluries decretum fuit à S. Congregationibus, quarum resolutiones retuli tom. 1. tit. 12. annot. ad form. 7. à nu. 11. cum seqq. quibus nunc addo responsa data à Sac. Congregat. Concilii in *Asina* 30. Septembris 1702. & in *Neocastren.* 6. Octobris 1703. ad quam eleemosynæ taxam, seu Prædicationis manutentionis expensas contribuere non tenentur Pensionarii mensæ Episcopalis, Sac. Congregat. Concilii in *Nullus* 29. Maii 1649. in qua sic habetur — Sac. Congregat. Concil. censuit Pensionarios Mensæ Episcopalis non teneri contribuere pro rata expensas, quas Episcopus annuatim solvit ex fructibus mensæ Prædicatori in Cathedrali concionanti lib. 18. pag. 624. Quod si Episcopus esset ab exercitio jurisdictionis suspensus, adhuc retinet jurisdictionis electionis: nam ipse (si solvit) debet Prædicatorem in Cathedrali eligere, & non Vicarius Apostolicus, ut respondit Sac. Cong. Episcop. in *Sorana* 13. Feb. 1699.

4 Alii verò Concionatores nominati, præsentati ab iis, qui jus habent nominandi, si post præsentationem Ordinario factam, renuncient, vel ex alio impedimento prædicare non valeant, non præjudicant Electoribus, seu nominantibus, quin valeant alium Concionatorem nominare, & præsentare, si hoc faciant tempore congruo, & sine fraude, per Text. expressum in cap. si electio 26. de elect. in 6. ibi — Si electio ex eo non sortiatur effectum, quia electus consentire recusat, vel post consensum renuntiat juri suo, aut forte diem claudii extremum, seu propter occultum ejus vitium irritatur. Electores (qui jam faciunt, quod spectabat ad ipsos infra juris terminum eligendo) habebunt à dissensu, renuntiatione, morte, vel irritatione prædictis, ac si vacatio nova esset, tempus integram ad electionem aliam celebrandam: dummodo nil fraudolenter egerint in præmissis. Sac. Congregat. Episcoporum, & Regularium in *Ariminen.* 8. Februarii 1686.

5 Dixi si præsentatio secunda, vel tertia fiat tempore congruo: nam si fieret imminente tempore prædicationis, Ordinarius non teneretur illum admittere, ut jam dixi tom. 1. tit. 12. annot. ad form. 7. n. 2. Vel præsentaretur pro aliquo loco, in quo adesset consuetudo quod non prædicetur

nisi in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice: quia Episcopus poterit præsentationem Concionatores rejicere, & prohibere ne prædicetur in aliis Ecclesiis etiam Regularium, Sac. Congr. Episc. & Regular. in *Tortonen.* 10. Februarii. & in *Asten.* 6. Septembris. 1604. præterquam in Parochiali: nam Parocho in sua Ecclesia prædicatio verbi Dei prohiberi non potest, dum per se ipsum munus hoc implet, ut dixi tom. 1. tit. 11. annot. ad form. 7. n. 10.

6 An autem ad exercendum hoc munus prædicationis nominari, præsentari, & eligi valeat Clericus idoneus in sacris non constitutus? hunc articulum tractant Barbof. de jur. Eccles. cap. 13. num. 19. & de Offic. Episcop. allegat. 76. n. 45. Pac. Jordan. elucubrat. lib. 6. tit. 1. n. 84. & 85. Lauret. de Franc. contr. part. 1. n. 579. ibique Pasqualig. Passerin. de stat. hom. tom. 2. quest. 187. artic. 1. n. 120. qui omnes concorditer firmant, quod cum Officium prædicationis non sit actus Ordinis Sacri possit per Episcopum committi, & delegari simpliciter Clerico Minorum Ordinum, & ita declarasse Sac. Congregat. Concilii testantur Fagnan. in cap. responso n. 19. de sentent. excommunic. Gallemart. collect. in Concil. Trident. cap. 4. sess. 24. refor. n. 11. Textui autem in cap. adicimus 16. quest. 1. quo cavetur, quod nullus præter Sacerdotes audeat prædicare respondet Navar. conf. 7. lib. 1. de Offic. judic. deleg. n. 2. quod locum habeat in volente prædicare auctoritate propria, & Officii: Et huic intellectui favet resolutio Congregat. Episcoporum, & Regularium capta in una *Caputaquen.* 14. Decembris 1696. in qua cum quidam Clericus Andreas Sanson ætatis annorum viginti unus licentiatus in Philosophia, & Theologia, prædicare vellet tempore Quadragesimæ in uno ex locis dictæ Diocesis, & Episcopis licentiam concedere renuisset illam obtinere sperans à Sac. Congregat. sub dicta die rescriptum fuit — relata; ex quo datur intelligi quod ab hac rejectione non datur reclamatio, nec admittitur recursus: quia regulariter talis facultas in praxi non tribuitur, nisi Sacerdotibus, vel saltem constitutis in Ordine Diaconatus: & ita servandum esse: & ordinatum fuisse legimus in Edicto Sanctissimi

mi D. N. Clem. XI. quod publicari fecit anno præterito 1705. circa observantiam ritus in expositione quadraginta horarum §. 22.

7 **SECUNDUM AUDIENTIUM CAPTUM.** Oportet, qui docet, & instruit animas rudes, esse talem ut pro ingenio discipulorum semetipsum possit aptare, & verbi ordinem, pro audientis capacitate dirigere (sunt verba Canonis Oportet 8. quest. 1.) Item oportet, quod Prædicator opere compleat, quod verbo prædicat: quia bene vivendo, & bene docendo populum instruit, quomodo debeat vivere: bene autem docendo, & malè vivendo, Deum instruit, quomodo debeat illum condemnare: Aphorismus est Sancti Joannis Chrysostomi *relat. in cap. multi distinct. 40.*

8 Meminerint propterea Concionatores illius Apostolicæ admonitionis, quam Innoc. XI. Pont. Max. per Organum Congreg. Concilii eorum auribus intonuit usque de anno 1680. nè scilicet sal quod pro Dei verbo à Sanctis accipitur per futes Conciones evanescat: vel per eloquentiam planè stultam infatuetur, & conculcetur ab hominibus: quæ enim (dicit Summus Hierarcha) Ministerio tam Sacro Majestas, qui decor, quæ Sanctitas, quæ utilitas inest? Quando plurimi, ut Paulus clamar, Verbum Dei adulterantes aut jocis, tamquam histriones, aut conversi ad fabulas, uti Poetæ, auditores sibi prurientes auribus coacervant, aut inanis facundie lenocinio, & calamistrato, ac meretri-

cio planè stylo, prædicationis Fidem corrumpunt.

9 Et tandem sæpè legant, mente retineant, & exequantur nova monita ejusdem Religiosissimi Pontificis eis tradita anno 1686. occasione belli Principum Christianorum Fæderatorum contra immanissimum Turcarum Tyrannum: quæ continentur in sequenti Enciclica ordinatione, utilitates enim ex verbi Dei prædicatione si rectè fiat plurimæ sunt. Primò frænata peccatis: scriptum est enim. *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi Psal. 118.* Secundò: mundat à peccato commissò, & vos (inquit Christus) mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis Jo. 15. Tertiò vivificat Animam verba quæ ego loquor spiritus, & vita sunt Jo. 6. Quartò illuminat mentem: *declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis; lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis Psal. 118.* Quintò inflammat ignitum eloquium tuum vehementer ibid. Sexto Animam pascit non in solo pane vivit homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei Matth. 4. Septimò sanat intellectum misit verbum suum, & sanavit eos Psal. 106. Octavò confirmat: *confirma me in verbis tuis Psal. 118.* Nono emollit; *emittet verbum suum, & liquefaciet ea Psal. 147.* Decimo fecundat: *sicut descendit imber de Cælo, & germînare facit terram, sic erit verbum meum, quod ad me non revertetur vacuum Isa. 55.*

# AVVERTIMENTI

Da darfi per Ordine di Nostro Signore Innocenzo XI.  
alli Predicatori dell' Anno 1686. cavati da  
gl' Atti di San Carlo .

*GASPAR Tit. S. Silvestri in Capite S. R. E. Presbyter Cardinalis  
de Carpineo SS. D. N. Papæ Vicarius Generalis, & in Al-  
ma Urbe, ejusque Districtu Judex Ordinarius &c.*

- I. **C**He faccino riflessione alla dignità del loro ministero; e propriamente Pastorale, e quell'istesso che dovrebbe far la Santità Sua per se medesima se non si trovasse da altre cure occupata .
- II. Che la parola di Dio si cavi da gli Evangelii correnti, & esplichì à gli Auditori con ogni efficacia, per trarne il profitto dell'anime loro, in esaltare le virtù, detestare li vitij, e le corrutele de costumi, non di passo, ò per funtoriamente, ma di proposito, e con vivi argomenti presi dalla Scrittura, e da Santi Padri.
- III. Che il Popolo s' ecciti alla Divozione, & alla frequenza de Sacramenti .
- IV. Che s' incarichi sopra tutto alli Padri di famiglia d'erudire, & infra-  
dare li figliuoli nella via della salute, insegnando loro da se stessi i fonda-  
menti della Dottrina Christiana, & i Decreti del Sac. Concilio di Trento,  
e mandandoli ad instruire più pienamente da proprii Parochi.
- V. Che nelle Prediche si tiri più al frutto, che all'ostentazione dell'elo-  
quenza, sfuggendo le descrizioni, li tiri di memoria, & altre vane  
apparenze d'ingegno, improprie degli Oratori Sacri.
- VI. Che per imprimere maggiormente nella memoria il contenuto nel-  
la predica si repiloghino nel fine i punti più sostanziali, e si ecciti il  
Popolo à qualche atto di divozione, e di pentimento de' propri pec-  
cati .
- VII. Che oltre la detestazione generale de' vitij, descenda particolar-  
mente ad esaggerare contro di quelli, che più prevagliano, come è in  
Roma l'immodestia del vestire contro gli Ordini reiterati della Santità  
Sua sotto pena di scomunica Papale, male osservati specialmente nel  
Carnevale passato, qual difetto si rende anco commune nel lusso, e  
profanità de' gli huomini. L'ignoranza della Dottrina Christiana, che  
si trova anche nelle persone adulte. L'inservanza della Quaresima, e  
facilità de' Medici nel dar le licenze di mangiar carne, e di quelli  
che senza necessità ne usano. La negligenza de' medesimi Medici in  
procurar, che si confessino gl' Infermi prima che scorra il Terzo  
giorno della lor visita, in conformità della Bolla rigorosissima in-  
torno à ciò del Beato Pio V. L'ammettere, che fanno le Madri sot-  
to

to preteſto, ò ſperanza di matrimonio, li giovani à converſar con le lor figlie, per li graviffimi diſordini, che ne ſeguono.

VIII. Si devono eſortare i Fedeli à concorrere ad una cauſa commune tanto importante, e tanto glorioſa al nome Chriſtiano, con la ſommuniſtrazione de' ſuſſidii conforme la richieſta, che ne hà fatto Sua Santità con pubblicare l'Indulgenza della Cruciatà. E benchè vi ſiano molti modi di guadagnare Indulgenze; nondimeno l'Opera meritoria di queſta è ſuperiore à tutte l'altre. A queſt'effetto ſi dà l'aggiunta copia delle Lettere circolari ſcritte à tutti li Veſcovi del Chriſtianeſimo, per fare incaricare tutto queſto alli Predicatori delle loro Dioceſi. E per ultimo far pregare Sua Divina Maeſtà per la conſervazione, e ſalute della Santità Sua, acciò dia al ſuo Apoſtolico zelo forza, e vigore di potere aſſiſtere a i graviffimi biſogنی della Chriſtianità tutta.

G. Gard. Vicario.

Raffaele Fabretti Segretario.

Copia di Lettera Circolare ſcritta alli Veſcovi.

**I**lluſtre, e Molto Reverend. Monſig. come Fratello. Hà il Sig. **IDDIO**. come Padre di Miſericordia, e Conſolatione, non ſolo allontanato dal ſuo Popolo il ſtagello della Sua Divina Indignazione, liberando la Città di Vienna, che con la ſua perdita, baverebbe inevitabilmente portato ſuo l'eſterminio delle più remote Provincie del Chriſtianeſimo; mà moltiplicate le Vittorie all' Armi Chriſtiane nella preſa di molte Piazze, e nella diſfatta dell' Armate del fieriſſimo comune Inimico. Queſte Celeſti benedizioni ſiccome obligano ciaſchedun fedele a rendere inceſſantemente al Datore di eſſa le più humili gratie: così fanno conoſcere, che per conſeguirne la continuatione è neceſſario ricorrere con aſſidue Pregchiere al Dede gli Eſſerciti, acciò per ſua infinita pietà ſi degni con la ſua potente deſtra aſſiſtere alla ſua cauſa, conſondendo ſempre più la perfidia, e potenza del Turco con la proſperità di Succeſſi dell' Armi Chriſtiane. Doverà dunque Voſtra Signoria dare preciso ordine alli Predicatori della ſua Dioceſi di eſſortare efficacemente ne Pulpiti li Popoli à porger con lagrime, & humiltà di ſpirito frequenti Voti à Sua Divina Maeſtà, per i felici progreſſi delle Armi della Sacra Lega, & aiutare queſta Santiffima Giuſtiſſima Guerra con quei ſuſſidii, che richiede una cauſa, nella quale ſi tratta della ſalute Univerſale, rendendo in tal congiuntura al **SIGNOR IDDIO** qualche parte di quello, che dalla Divina Miſericordia gli è ſtato concesso. Tali ſono i ſentimenti di Noſtro Signore, che come benigniſſimo Padre veglia giorno, e notte con indefeſſa ſollecitudine, providenza, & ogni maggior ſforzo alla ſicurezza de' ſuoi figli, & à gli onoraggi della Chriſtianità. E mentre Io nel comunicarli à V. S. adempico l'obbligo, che me ne corre, le prego dal Signor Iddio ogni vera proſperità.

Roma 16. Febraro 1686.

10. ABS-

10 **ABSQUE ULLA HÆSI-  
TATIONE**. Innuit hic formula,  
quod Rectores Ecclesiarum requisiti, testi-  
moniales de munere prædicationis ex-  
pleto dare, & subscribere non debent;  
quoties Concionator non bene se gessit,  
puto, si in Suggestu modestiam, & moni-  
ta mox tradita non servavit: si domi luso-  
res alearum recepit, & fovit: si per vias,  
& Plateas frequenter cum Laicis ambula-  
vit, & commestationibus interfuit: si in  
quarrendo elemosynas pro se, aviditate  
indiciam dedit potius pro marsupio im-

plendo, quam pro Animabus Christo lu-  
crandis, ministerium gessisse: si inquam  
Concionator hæc signa (quæ vix ab irre-  
ligiositate sejungi possunt) in Populo re-  
liquit, nullo modo est commendandus,  
sed festinanter, & impigrè Ordinario à  
Rectoribus est denunciandus, ut ab hoc  
munere, & à sua Diœcesi in futurum re-  
pellat. Qui enim quærit in hoc Sacro Mi-  
nisterio quæ sua sunt, & non quæ Jesu  
Christi, non est Minister ejus, sed Nebu-  
lo, & quasi pannus menstruatus: omne ver-  
bum illius Isa. 64.



FOR-